Frons tua fuit īcomparabilis albedinis significans uerecundiā conscientie tue. in qua plenitudo ē humane sciē. & dulcedo diuine sapientie lucet in ea sr̄ omnes. Oculi tui fuerunt in cōspectu pr̄is mei sic lucidi qd se speculabatur ī eis: quia ī spūali uisu tuo & intellectu aīe tue uidebat pr̄ omnem uoluntatē tuā qd nihil uolebas nisi ipm̄. & nihil desiderabas nisi secundū ipm̄. Aures tue fuerunt mundissime & aperte tanq̄ fenestre pulcherrime. qn̄ protulit tibi gabriel uelle meum: & qn̄ ego deus factus sum in te caro. Gene tue fuerunt de optimo colōe .s. albo & rubicundo: quia fama opeꝝ tuoꝝ laudabiliū: & pulchritudo moꝝ tuoꝝ placuerunt mihi: quibꝫ cottidie īflammabaris. Vere ex pulchritudinē moꝝ tuoꝝ gaudebat deus pr̄ meus. & nunq̄ auertit oculos suos á te. et ex caritate tua omnes obtinuerūt caritatem: Os tuū fuit qī lampas intus ardens & lucens ab ex̄: quia uerba & affectōes anime tue fuerūt ardentes interius diuina intelligētia: & exterius splendentes ex dispositiōe laudabili tuoꝝ motuū corporaliū & concordātia pulcherrima tuaꝝ uirtutum. Vere mr̄ carissima uerbū oris tui traxit quodāmodo deitatem meā inte. & feruor diuine dulcedis tue nunq̄ separabat me á te: quia uerba tua dulciōa sunt sup mel & fauū. Collum tuū est nobiliter erectū & pulcherrime eleuatū: quia iustitia aīe tue plene ē erecta adme. & secundum uelle meū mobilis Quia nunq̄ inclinata fuit adaliquod malū superbie: sicut enim collum curuatur cum capite: sic omnis intētio & operatio tua flectitur aduolūtatem meā. Pectus tuū plenum fuit omni uirtutū suauitate: in tantum qd nō ē bonum ī me qd nō sit in te. Quia traxisti omne bonū in te ex moꝝ tuoꝝ dulcedine qn̄ deitati mee placuit intrare ad te. & humanitati mee habitare tecum: & bibere lac mamillaꝝ tuaꝝ: Brachia tua pulchra fuerunt pueꝛā obedietiam & tollerantiā laboꝝ: ideo corporales manus tue tractauerūt humanitatē meā: Et quietus fui inter brachia tua cum deitate mea: Venter tuus fuit mundissimus sicut ebur: & sicut locus ex uirtuosis lapidibꝫ

splendidissimus quo:

splendidissimus. Quia constantia conscientie tue et fidei numquam tepuit. Sed nec in tribulatione potuit iniciari. Huius mihi itaque venter idest fidei tue parietes fuerunt quasi aurum fulgentissimum in quibus denotatur fortitudo uirtutum tuarum et prudentia tua: et iustitia et temperantia cum perfecta perseuerantia. quia ipse omnes uirtutes tue perfecte fuerunt diuina caritate. Pedes tui mundissimi et loti erant quasi pleni herbis odoriferis: Quia spes et affectus anime tue erant recti ad me deum tuum: et odoriferi ad aliorum exemplum et imitationem. Hic itaque locus uentris tui tam spiritualis quam corporalis tantum mihi erat desiderabilis. et tantum anima tua mihi placida. quod a summo celo descendere ad te: et inte morari non abhorrui immo suauissime delectatus sum. Ideo mater carissima corona illa que custodiebatur in me. Que quidem corona sum ego deus qui debebam incarnari: nulli debuit imponi nisi tibi: quia es uere mater et uirgo.

Item apparuit Religiosus qui supra in gradu suo dicens O iudex quero a te. Cum tu sis potentissimus pulcherrimusque et uirtuosissimus: cur deitatem tuam incomparabiliter sole clariorem supinduisti tali sacco secundum humanitatem tuam?

Item quomodo deitas tua omnia includit in se: et a nullo includitur: continetque omnia: et a nullo continetur?

Item cur tanto tempore iacere uoluisti in utero uirginis: et non statim processisti quando conceptus eras?

Item cum omnia possis: et ubique es presens: cur non statim in tali statura apparuisti: Sicut cum ad annum tricesimum peruenisti?

Item cum de semine abrae non es natus secundum patrem cur circumcidi uoluisti?

Item cum sine peccato conceptus et natus es: Cur baptizari uoluisti?

c VI Iudex respondit. Amice respondeo tibi per exemplum. Est quoddam genus uuarum cuius uinum tam forte est: quod absque contactu hominis exit de uuis. Cuius tempus maturitatis attendens possessor supponit uas: Nec uinum expectat uas. Sed uas uinum. Si uero plura uasa supponuntur Vinum in uas quod sibi uicinius est se infundit. Hec igitur una deitas mea est que uino diuine caritatis sic plena est quod omnes chori angelorum replentur ex ea. et omnia quecumque sunt participantium. Sed homo per inobedientiam ea se fecit indignum. Cum igitur deus pater meus tempore ab eterno precisso ostendere uellet caritatem suam: misit uinum suum idest me filium suum in uas: quod uicinius positum expectabat aduentum uini scilicet in utero uirginis: que pre omni creatura feruentiorem ad me habuit caritatem. Hec igitur uirgo tantum diligebat et desiderabat me: quod non erat hora qua non quereret me affectans fieri ancillam meam. Ideo obtinuit ipsa uinum

electum. Qd quidem unu habuit tria.
Primo fortitudinē. qa absq contactu ho-
minis exiui. Secundo pulcherrimum colo-
rem: quia speciosus forma descendi a su-
mo celo pugnaturus. Tertio suauitatem
optimā inebriantem summa benedictio-
ne. Hoc igr unum quod sum ego ipe
ideo ingrediebar[?] uiscera uirginea: ut
ego deus inuisibilis fierem uisibilis
ut homo perditus liberaretur. Ego qp-
pe bene potuissem aliā formam assump-
sisse: sed nō fuisse iustitia in deo nisi
ut forma daretur pro forma: Natura
pro natura. Modus satisfactionis secu-
dum modum culpe. Quis autem sapiē-
tum credere aut extimare potuisse
qd ego deus omnipotens tantū me hu-
miliare uellem ut sumere saccum hu-
manitatis nisi illa inexcogitabilis caritas
mea fuisse. qua uisibiliter uolui conuer-
sari cum homine. Et quia uidi uirgine
tam feruenti caritate ardere. ideo uic-
ta est mea diuina seueritas. Et ostesa
caritas: ut mecum reconciliaretur hō.
Quid miraris. ego deus qui sum ipsa
caritas: et qui nihil odi eorum que feci
nō solum disposui dare homini dona
optima: Sed et me ipsum i pretium et
premium. ut omnes superbi diaboli co-
fundantur.

Item quomodo deitas mea omnia
concludit in se. Respondeo. Ego
deus spiritus sum qui dico et fac-
tum est. Qui precipio et omnia obediūt
mihi. Ego uere sum qui do omnibus
esse: et uiuere. Qui ante q facerem ce-
lum: et montes: et terram in me ipso su.
Qui supra omnia: et extra omnia sum.
Qui intra omnia sum: et i me sunt
omnia: et sine me est nihil. et qa
sps inuisibilis [?] spirat. et cum
uult omnia potest: et omnia scit:
omnibusq spiritib uelocior: et agilior
est: omnem hns uirtutū notitiam.
omniaq presentia: preterita: et fu-
tura prospiciens: Ideo sps meus .i.
deitas mea merito incomprehensibi-
lis est: omnia comprehendens.

Item Cur tanto tpe iacui in ue-
tre uirgineo? Respondeo. Ego
sum omnis nature conditor.
et unicuiq nature disposui debitū
modum: et tps et ordinē nascendi
Si igr ego conditor statim ut concep-
tus fui processissem ex utero fecissem
contra dispositionē naturalem: et tc
humanitatis mee assumptio fantasti-
ca fuisse. et nō uera. Ideo ergo uolui
esse ego tanto tpe in utero sicut
alij pueri: ut ea q bn fecerā nālem
dispositionē ordinando et i me
ipso adimplerem.

Item cur nō tante magnitudinis fui
statim tpe natiuitatis mee: sicut
i anno tricesimo Respondeo. Si hoc
fecissem omnes admirati fuissent
et timuissent: sequentes me plus ex
timore: et pp uisa miracula: q ex
caritate: et quomodo tunc impleta
fuissent dicta prophetarum: qui predi-
xerunt me puerum ponendum inter
animalia i presepio: adorandum a
regibus: et offerendum i templum.
psequendum ab inimicis. Ideo ad
ostendendum humanitatem meam
esse uerā: et dicta prophetarum i me

completa. Crescebā mēbris per īter-
ualla tempoꝝ: cui plenitudine sapiē-
tie tantus erā ī principio natiuita-
tis sicut ī fine.

Item adillud quod petis. Quare
circumcisus sum. Respondeo. Ego
qūis nō eram exorigine abrae: se-
cundum patrem: eram tamen secu-
dum matrē. licet sine peccato.
Itaq quia legē in deitate cōstitui:
& in humanitate legem sufferre
uolui: ne inimici calumniarent
me dicentes: me precepisse que
nolui adimplere.

Item cur baptiçari uolui. Respō-
deo. Omnis qui uiā nouā condere
uel incoare uoluerit: necesse est
ut ipē conditoꝛ: uel incohatoꝛ eiusdē
uie alios precedat. Itaq antiquo
populo data erat uia quedā car-
nalis. s. circūcisio in signū obedien-
tie. & purgationis future: que
ī psonis fidelibꝫ & legē seruantibꝫ:
ante q̄ ueniret ueritas promissa
scilicet ego dei filius operabatur
effectū quendā future gratie &
promissionis. Veniente uero ueritа-
te quia lex nō erat nisi q̄i uerba.
diffinitū est ī eternitate ut antiqua
uia retro cedere carens effectu
suo. Ergo ut ueritas apparere
& umbra retro cedere: uia q̄
facilioꝛ ad celum ostenderetur.
Ideo ego deus & homo sicut pecca-
to natus baptiçari uolui: pp humi-
litatē & alioꝝ exemplum: & ut ce-
lum credentibꝫ aperirem. Et ī huius
signū: cum ego ipē baptiçatus essē
tunc apertū fuit celum. Vox patris au-
dita est. Spiritus sanctus apparuit in
columbe specie. Et ego dei filius ostēsus
sum ī homine uō: ut omnes fideles sciat
& credāt: quod pr̄ fidelibꝫ baptizatis
aperit celum. Spiritus sanctus est cum
baptiçante. Virtus mee humanitatis
ī elemēto. Quamuis pris & mea: & sps
sancti una sit operatio: & una uoluntas.
Hic igr̄ ueniente ueritate. i. quando ueni
ī mundo ego qui ueritas sum: tunc statī
disparuit umbra: confracta est legis
testa: & apparuit nucleus. Cessit circū-
cisio: & confirmatus est ī me ipso bap-
tismus: quo paruulis & senibꝫ aperitur
celum. & filij ire fiunt filij gratie &
uite eterne.

Reuelatio quinta in libro questi-
onum: in qua xp̄s loquens spon-
se beate brigide instruit eam qd
nō sit sollicita circa curam diui-
tiaꝝ terrenaꝝ: et informat eam
de patientia habenda tempore
tribulationis: cum uirtute anni-
hilationis et humilitatis.

F ILIVS: DEI: LOQVI-
TVR: SPONSE: DI-
CENS: ACTENDE:
tibi diligentē. At illa respondit.
Quare? Cui dominus ait. Quia mun-
dus mittit adte quatuoꝛ seruos te uo-
lentes decipere. Primus est sollicitudo
diuitiaꝝ: huic cum uenerit responde.
Diuitie transitorie sunt de quibus tāto
maior reddenda est ratio. quo plus ha-
bundant: ideo nō curo de eis quia nō
sequuntur possessorem sed relinquunt.
Secundus seruus est amissio diuitiaꝝ

& dampnu reꝝ conceſſaꝝ: huic reſpo-
de ſic. Qui diuitiaſ dedit ipe & abſtu-
lit. ipe nouit quid mihi expedit. fiat
uoluntaſ eiuſ. // Tertius ſeruus eſt
tribulatio mundi huic ſic dicito. bene-
dictuſ ſiſ tu deuſ meus: qui me tribulaᷓi
pmittis: per tribulationes enim cognoſco
qd tua ſum: Quia ideo tribulari pmittiſ
in preſenti ut parcas i futuro. propterea
tribue mihi paciencia: & fortitudinem
ſuſtinendi: // Quartuſ ſeruuſ eſt deſ-
pectuſ & opprobria. huic reſponde tali.
Deuſ ſoluſ bonuſ eſt: & ipi debetur oīs
honor: ego autem que feci omnia opera
uilia: & mala: unde aut cur mihi
honor: que magiſ omni opprobrio digna
ſum: quia tota uita mea blaſſemauit
deū. Aut quid mihi pluſ uale honō
q opprobrium niſi qd excitat ſuperbiā
& minuit humilitatem: & obliuiſcitur
deus. Ideo ſit omniſ lauſ: & honor
deo. Propterea ſta conſtantē contra
ſeruoſ mundi: & dilige me deum
tuum toto corde.

Item apparuit i ehoſtiſ qui ſupra
in gradu ſuo dicenſ. O iudex gro
a te Cum deuſ ſis & homo: cur
nō oſtendiſti deitatē tuā ſicut & huma-
nitatē: & tunc omneſ credidiſſent tibi?

Item cur nō feciſti audiri
omnia uerba tua i unico puncto. & tūc
nō fuiſſet neceſſe ea p interualla tēpoꝝ
predicari?

Item cur nō feciſti oīa opa tua i una hora?

Item cur corpus tuū creſcebat p interual-
la tempoꝝ: & nō in uno puncto?

Item Cur appropinquante morte nō
oſtendiſti te in potencia deitatiſ tue?

Aut cur nō oſtendiſti ſeueritatem
tuā ſup inimicoſ tuos: quando dixi-
ſti conſumata ſunt omnia?

Reſpondet iudex o amice: Reſ-
pondeo tibi. & nō tibi. Tibi
aūt reſpondeo ut innoteſcat
aliis malitia cogitatuſ tui. Non aūt
reſpondeo tibi quia non ad profectū
tuum oſtenduntur iſta. Sed ad fu-
turoꝝ & preſentiū utilitatē: & caute-
lam. Non ~~intendas~~ itendis enim: mutare
pmacia tuā. Ideo nec tranſibis á
morte tua i uitā meā: quia in uita
tua odiſti uitā ueram. Veꝝ tamen
alij audita uita tua immo morte
tua tranſibunt: & uolabunt ad uitā
meā. Quia ſicut ſcriptū eſt. Omnia
ſanctiſ cooperabuntur in bonū. &
nihil ſine cauſa permittit deus.

// Reſpondeo ergo tibi nō ſicut qui
humano more loquuntur cum ſpi-
ritualia aguntur inter noſ: Sed ut
ea que cogitas & affectas p ſimili-
tudineſ exprimantur alijs. // Queriſ
ergo cur nō oſtendi ~~hum~~ deitatem
meā in aperto: ſicut & humanitatē.
Ratio eſt quia deitaſ ſpiritualiſ ē.
humanitas uero corporaliſ. Ac tamen
deitaſ & humanitaſ a principio cō-
iunctioniſ ſue inſeparabiles ſunt
& fuerunt & deitaſ increata eſt.
& omnia quecumq ſunt i ipa &
p ipam condita ſunt. & in ipſa ē
omniſ perfectio & pulchritudo: Si
ergo tanta pulchritudo & perfectio
oſtenderetur uiſibiliter luroſis ocu-
liſ quiſ ſuſtinere uidere. Aut
quis ipm materialem ſolem i claritate

sua valere aspicere: Aut que e nō deterrere uisis fulgoris. et sonitus tonitrui: quanto magis si dominus fulgorꝝ et omnium creator: si in claritate sua uideretur. Ideo duplici de causa nō est ī aperto ostensa deitas mea. Primo pp humani corporis debilitatē cuius substantia est terrea. Si enim corpus alicuius hominis uideret deitatem liquesceret sicut cera ante ignē: animaq tanta exultatione gauderet: quod corpus quasi cinis annihilaretur. Secundo pp diuinā bonitatē. et eius immutabilem stabilitatem. Si enim ego corporalibus oculis ostenderem meā deitatem: que est incomparabiliter fulgentior igne et sole: facerem contra me ipm qui dixi: non me uidebit homo et uiuet. Sed nec ipi prophete uiderunt me sicut sum in mea deitatis natura: quia etiam illi qui solūmodo audiebant uocē mee deitatis et uidebant montem fumigantē terrebantur: dicentes loquatur nobis moises et audiemus eum. Ideo ego deus misericors ut homo melius intelligeret me ostendi me illi ī quadā forma ei simili q uideri et sentiri posset scilicet in humanitate mea in qua deitas est. Sed tanq uelata ne homo a forma ei dissimili terreretur. Quia ego ī qtum deus, cum corporalis non sum nec corporaliter effigiatus. ideo in humanitate tollerabilius ab hominibus audiri poteram et uideri.

Item Cur omnia uerba mea nō sunt locutus in una hora: Respondeo sicut materialiter contrariū est corpori ut tantū cibi accipiat una hora quanto multis annis contentari posset: Sic contra dispositionē est diuinā: ut uerba mea: que sunt cibus anime: ī una hora omnia dicerentur: Sed sicut cibus corporis paulatim sumitur ut masticetur: et masticatus ad interiorā trahiciatur. Sic uerba mea nō una hora sed p interualla temporꝝ dicenda erāt iuxta intelligentiā proficientium: ut esurientes haberent unde saturarētur. et satiati ad altiora excitarētur.

Item Cur nō omnia opera mea feci in uno puncto. Respondeo. Illorꝝ qui me in carne uidebāt quidam erant qui mihi crediderunt Quidam uero non credebāt. ideo his q credebant: necesse erat ut p interualla temporꝝ erudirentur uerbis. et quandoq excitarentur exemplis: et operibus confirmarentur. Qui uero nō crediderunt iustū fuit: ut affectum malitie sue ostenderet. et qtum mea diuina iustitia pmittere tolleraretur. Si ergo omnia opera mea fecissem ī uno puncto: omnes secuti me fuisset timore magis q caritate. Et quomodo tunc misterium redemptionis humane fuisset impletū. Sicut ergo ī primordiis creationis mundi omnia distinctis horis et modis patrata st. qūis omnia facienda erant tunc sine uicissitudine simul ī prescientia deitatis mee. Sic et ī humanitate mea omnia erat rationabiliter et distincte

faciẽda ad omniũ ſalutem: & eru-
ditionem.

I Tem Cur corpus meũ ꝑ numeꝝ
annoꝝ creuit: & nõ in uno pun-
cto. reſpondeo. Spiritus ſanctuſ
q̃ eſt eternaliter ĩ prẽ. & ĩ me filio
oſtendit prophetiſ. que ego ĩ carne ue-
turuſ facturuſ eſſem & paſſuruſ. Ideo
placuit deitati ut tale corpuſ aſſume-
rem ĩ quo laborare poſſem a mane
uſq; ad ueſperam. & ab anno ĩ annũ
uſq; ad finem mortiſ. Ergo ne uerba
prophetaꝝ uiderentur inania: ideo ego
filiuſ dei corpus aſſumpſi ſimile Ade
abſq; peccato. in quo ſimilis eſſem eiſ
quos redempturuſ eram ut ꝑ caritatem
meã ego homo auerſus reduceretur:
mortuuſ ſuſcitaretur: & uendituſ redi-
meretur.

I Tem cur omnibuſ non oſtendidi
potentiã deitatis mee: & q̃d erã
uere deus: quando dixi ĩ cruce
cõſumatũ eſt. Reſpondeo. Omnia q-
cunque ſcripta erant de me oportebat
q̃d adimplerentur. & ideo ego omnia
illa compleui uſq; ad ultimum punctũ.
Sed quia etiam multa predicta erat
de reſurrectione: & aſcenſione mea:
ideo neceſſe erat ut etiam illa habe-
rent effectum. Si ergo ĩ morte mea
oſtenſa fuiſſet potentia deitatis mee
quiſ fuiſſet auſus me deponere d̃ cru-
ce: & ſepellire? Deniq; pro minimo
mihi fuiſſet deſcendiſſe de cruce &
ſtrauiſſe crucifixoreſ. Quomodo ergo
tunc impleta fuiſſet prophetia. Aũt
ubi tunc uirtuſ patientie mee. // Q̃d
& ſi deſcendiſſem de cruce: Numquid
omneſ tunc credidiſſent. Numquid
nõ dixiſſent me feciſſe arte mali-
gna. Nam ſi indignabantur quia
ſuſcitaui mortuos: ſanaui infirmos.
maiora dixiſſent ſi deſcendiſſem
d̃ cruce. & ideo ut ſolueretur cap-
tiuuſ ego liber captuſ ſum. & ut no-
centes ſaluarentur ego innocenſ ſteti
ſtabiliter ĩ cruce: & ꝑ ſtabilitatem
meã omnia inſtabilia ſtabiliui: &
infirma confirmaui.

Reuelatio viª. in libro queſtio-
num in qua xp̃s loquens ſpon-
ſe ſue Brigide inſtruit eam
dicens q̃d in uita ſpirituali: la-
bore: et uigoroſã perſeuerantia
et acquieſcere cum humilitate
conſilio ſenioris: reſiſtendo
uiriliter tentationib;: acquiri-
tur requies mentis: et eterna
gloria: et ponit exemplum de
Iacob qui ſeruiuit pro rachel.
Nam dicit: Q̃d quibuſdam
ueniunt fortiſſime tentatio-
nes in principio conuerſionis
ad uitam ſpiritualem. Qui-
buſdam ueniunt in medio tẽ-
pore uite ſpiritualis: et circa
finem: et ideo timendũ: et cũ
humilitate in uirtutib; et la-
bore uſq; ad finem perſeuerã-
dum eſt.

F ILIVS: LOQVITVR:
SCRIPTVM: EST:
Q̃d iacob ſeruiuit pro Ra-
chel: & uidebantur ſibi dies
pauci pre amoriſ magnitudine q̃r
magnitudo amoris laboões alleuiabat.

Verum cum Iacob credebat se assequi desiderabile suum circumuentus est: Nec tamen adhuc a labore destitit: quia amor de difficultate non causatur donec assequitur quod optat. Sic est et in spiritualibus multi enim ut obtineant celestia laborant uiriliter orationibus: et piis laboribus. Sed cum ad contemplationis quiete pertingere credunt inuoluuntur tentationibus: accrescunt tribulationes: et ubi se quasi perfectos arbitrantur: inueniunt se ex toto imperfectos. Nec mirum quia tentationes sunt que hominem probant et purgant ac perficiunt. Ideo quibusdam accrescunt tentationes in principiis conuersionis sue ad uitam spiritualem: et hi tales perfectius in fine solidantur. Alii grauius tentantur in medio et circa finem: et hi sollicite de se ipsis aduertant: et numquam de se presumant. Sed eo fortius laborent sicut dixit laban: Consuetudo inquit est prius sororem maiorem accipere: quasi diceret: Prius exerce laborem: et post habebis requiem optatam. Ideo filia non mireris: si etiam in senectute accrescunt tentationes: quia sicut licet uiuere: ita etiam possibile est tentari. Dyabolus enim numquam dormit: quia tentatio occasio est perfectionis ut homo non presumat. Ecce ostendo tibi exemplum de duobus: Vnus in principio sue conuersionis tentatus est et perstitit et profecit: et assecutus est quod quesiuit. Alius in senectute sua expertus est grauiores tentationes: quas parum nouit in iuuentute: quibus sic inuolutus est ut omnium priorum quasi obliuisceretur. Verum quia stetit consilio: et a labore non destitit licet frigidus factus et tepidus. ideo peruenit ad optata: et ad requiem mentis cognoscens in se ipso quod iudicia dei occulta sunt et iusta. et nisi fuissent ille temptationes difficulter peruenisset ad eternam salutem.

Item apparuit Religiosus quidam super in gradu suo stans et dicens. O. iudex quero a te cur magis nasci uoluisti de uirgine quam de alia muliere non uirgine?

Item Cur non ostendisti uisibili signo quod ipsa erat mater et uirgo pura.

Item cur in tantum occultasti natiuitatem tuam quod quibusdam paucissimis innotuit.

Item cur fugisti in egiptum pro herode et cur innocentes pueros occidi permisisti?

Item Cur permittis te blasfemari et falsa preualere ueritati?

Respondit iudex o Amice ideo magis de uirgine nasci uolui quam de femina non uirgine: quia mihi deo mundissimo omnia decent mundissima. Nam natura hominis quamdiu stetit in ordine creationis sue nihil habuit deforme: preuaricato uero mandato: accessit statim quoddam erubescibile: sicut contigit hominibus peccantibus contra dominum suum temporalem: qui etiam de membris quibus peccauerunt erubescunt. Accedente itaque erubescentia preuaricationis

mox auctus est motus inordinatus. & maxime in illo membro: qd ad maiore fructu institutu fuit. Qui tamen motus ne inanis esse a fructu: dei bonitate conuersus fuit in bonum. & p diuini mandati institutione: concessum est opus commistionis carnalis unde natura fructificare. Vez quia gloriosius est se supra mandatum extendere adiciendo ex caritate qualecunq bonum quis poterit. ideo placuit deo illud magis ad opus suum eligere: qd ad maiore munditiam & caritatem tendebat. & hoc est uirginitas: quia uirtuosius & magnificencius est in igne tribulationis esse et non ardere: q sine igne esse & tamen uelle coronari. Nunc aut quia uirginitas est queda semita pulcherrima ad celum: coniugiu uero est quasi uia. ideo me decuit deum mundissimum i uirgine mundissima quiescere. Vt sicut primus homo factus est d terra: que quodamodo erat uirgo: quia nondum polluta sanguine. Et quia Adam & Eua peccauerunt in sanitate nature: sic & ego deus uolui recipi i mundissimo receptaculo. Vt p bonitate meam oia reformarentur.

Item Cur no ostendi apertis signis qd uir mea erat mater & uirgo: Respondeo. Omnia misteria incarnationis mee insinuaui prophetis ut tanto firmius crederentur qto longius fuerunt predicta. & qd uero mater mea uere ante partum & post erat uirgo sufficiebat testimonium ioseph: Qui custos & testis uirginitatis eius extitit. Cuius pudicitia etia si euidentiori miraculo ostensa fuisse: nullatenus tamen diffidentium malitia destitisse a blasfemia q diffidunt uirgine concepisse de deitatis potentia: Non attendentes qd hoc mihi deo est facilius q solem penetrare uitrum. Vez etiam iustitia deitatis mee fuit ut misterium incarnationis diuine absconderetur diabolo & hominib tempore gratie reuelandum. Nunc autem dico qd mater mea uere est mater et uirgo. ut sicut i plasmatione ade & eue mirabilis erat potentia deitatis: & in cohabitatione eoz delectabilis honestas: sic i accessione deitatis mee ad uirgine mirabilis erat bonitas: Quia incomprehensibilis diuinitas mea descendit in uas conclusum absq sui uiolatione. Fuit quoq ibi delectabilis cohabitatio mihi qa ego deus includebar humanitate qui ubiq eram deitate. Admirabilis & fuit ibi potentia: quia ego deus incorporalis egrediebar de utero corporali salua uirginitate. Ergo quia homo erat difficilis ad credendum: mater uero est totius humilitatis amica: ideo placuit mihi ad tempus pulchritudinem & pfectionem eius ascondere. Vt & mater hre aliquod meritu quo perfectius coronaretur. & ego deus glorificarer amplius in tpe illo i quo promissa implere uellem bonis in meritum: malis

autem ĩ retributionem.

I Tem Cur non oſtendi homini-
biſ natiuitatē meā. Reſpon-
deo. Licet dyabolus amiſerit
dignitatē conditioniſ prime: nō
tamen amiſit ſcientiā que ei eſt
ad probationē bonoꝝ. et cōfuſio-
nem propriam: Vt ergo huma-
nitas mea creſceret: et ad prefi-
nitum tp̄us ueniret: ideo abſcō-
dendum erat miſteriū pietatiſ
mee dyabolo quia occultuſ uenir̄
nolui ad debellandum dyabolū.
et deſpectus eſſe ſtatui propter
arrogantiā hominū deprimendā.
// Ipī quippe magiſtri legiſ quē
in libriſ ſuiſ legebant deſpexe-
runt: quia ueni humiliſ: et quia
ſuperbi erant noluerunt audire
iuſtitiam ueram: que ex fide
redemptioniſ mee eſt. ideo con-
fundentur cum uenerit filiuſ
ꝑditioniſ in ſuperbia ſua: Si uō
ueniſſem potentiſſimuſ et honora-
biliſſimus: quomodo time humi-
litatiſ fuiſſet ſuperbus. Aut nūc
ſuperbus ingrederetur celum: ne-
quaꝗ̄. Veni ergo humiliſ ut homo
addiſceret humilitatem. et abſcō-
di me a ſuperbis quia nec me-
am diuinam iuſtitiam: nec ſe
ipſos intelligere uoluerunt.

I Tem quare fugi in egyptum
Reſpondeo. Ante preua-
ricationem mandati: unica
uia erat ad celum lata et lucida.
Lata ſ. ĩ uirtutū habundantia:
lucida ĩ ſapientia diuina. et obe-
dientia bone uoluntatiſ. Tranſmutata
ergo uoluntate: incoate ſunt due
uie: Vna ducebat ad celum: alia
abducebat. Obedientia duxit ad ce-
lum inobedientia ſeduxit. Quia ergo
ĩ hominiſ arbitrio erat electio boni
et mali: ſ. obedire: et nō obedire.
Ideo peccauit quia aliter uoluit q̃
ego deus uolui eum uelle. Vt ergo
homo ſaluaretur iuſtum et dignū
fuit ut aliquiſ talis ueniret qui
et redimeret. qui et obedientiam
perfectā hr̄et et innocentiam.
et in quo qui uellent poſſent oſten-
dere caritatē. et qui uellent malitiā.
// Sed ad redimendum homines nō
debuit mitti angeluſ: quia ego de-
us gloriā meam alteri nō tribuo
Nec inuentuſ eſt homo qui pro ſe
ipō poſſet placere alꝭ placere
me: et minuſ pro aliſ. ideo ego
deuſ ſoluſ iuſtus ueni iuſtificare
omneſ. // Qđ autem ego fugi in
egyptum in hoc infirmitas humani-
tatiſ mee oſtenſa eſt: et prophetia
completa eſt: exemplum etiam dedi
futuriſ. quia quandoq; perſecutio
declinanda eſt: ꝑꝑ maiorem futurā
gloriā dei. // Quod uero non inue-
niebar a perſequentibꝫ. Conſilium
deitatiſ mee preualuit humano: qꝛ
pugnare ꝯ deum nō eſt facile.
// Qđ uero infantes occiſi ſunt.
ſignum paſſioniſ mee future erat.
et miſterium uocandoꝝ: et carita-
tiſ diuine. Quia licet ipī infantes
non perhibuerint mihi teſtimoniū
uoce: et ore: perhibuerunt tamen

morte sicut congruebat infantie mee. Quia preuisum erat ut etiam sanguine innocentum laus dei perficeretur. Nam licet malitia iniustorum eos iniuste afflixerit: mea permissio tamen diuina semper iusta et benigna eos non nisi iuste exposuit: ad ostendendam malitiam hominum: et deitatis mee incomprehensibile consilium et pietatem ergo ubi in pueris efferbuit iniusta malitia ibi iuste superabundauit meritum et gratia. et ubi lingue defuit confessio et etas ibi sanguis effusus accumulabat perfectissimum bonum.

[I]tem cur permitto me blasfemari.

Respondeo. Scriptum est quod cum dauid rex declinaret persecutionem filij quidam in uia maledixit ei quem serui eius uolentes occidere: prohibuit eos dauid duplici de causa. Primo quia spem habuit reuersionis. Secundo quia considerauit propriam infirmitatem: et peccatum et fatuitatem maledicentis: deinde insuper patientiam et bonitatem. Ego sum dauid in figura. homo quippe persequitur me tanquam seruus dominum per mala opera sua. eiciendo me de regno meo. id est de anima quam ego creaui que meum regnum est. Denique reprehendit me tanquam iniustum in iudicio: blasfemat etiam me quia patiens sum. // Verum quia mitis sum suffero insipientiam eorum: et quia iudex sum expecto conuersionem eorum usque ad ultimum punctum. Demum quia homo credit magis falsitati quam ueritati: diligens plus mundum quam me deum suum. ideo non mirum si malus tollerat in malitia sua: quia nec uult inquirere ueritatem: nec resipiscere de malo suo.

Reuelatio .vij.a in libro questionum in qua xps loquens sponse sue beate brigide laudat frequentationem confessionis ne homo amittat gratiam dei quam habet.

[F]ILIUS: LOQUITUR: Ubi ignis est in domo necesse est foramen: quo exeat fumus ut inhabitator ex calore gaudeat. Sic quicumque spiritum et gratiam meam diuinam tenere desiderat utile est sibi uti confessione continua: per quam egrediatur peccati fumus. Quia licet spiritus meus diuinus in se ipso immutabilis sit: tamen a corde illo se citius subtrahit: quod humilitatis confessio non custodit.

Reuelatio viij.a in libro questionum in qua xps loquitur sponse dicens: Quod homines qui delectantur in carnalibus: et terrenis delitiis: desideria celestia et caritatem ac memoriam passionis eius: et eterni iudicij negligentes: istorum oratio est quasi sonus collisorum lapidum: et proicientur a conspectu dei abhominabiliter tanquam abortiuus: et inmundus pannus menstruate.

[Q]UE: CANTABAT Eripe me domine a uiro iniquo. hec uox est in auribus meis quasi sonus duorum

lapidum colliſorum. Eius quippe
vox quaſi cum trib; uocib; clama
bat ad me. Prima dicit ego uolo
hr̄e uoluntatē meā ī manu mea.
dormire & ſurgere & loqui pla-
centia. Dabo nature quod ap-
petit. pecuniā deſidero ī burſa.
molletiam ueſtium ī dorſo. cum
hec & alia habuero reputo felici-
ora iſta omnib; alijs donis: et
uirtutib; ſpiritualib; anime. Se-
cunda uox eius eſt iſta: mors
nō eſt nimis dura. iudicium
nō eſt ita ſeuerum: ut ſcribitur.
minantur duriora pp cautelā.
dantur minora pp miſericordiā.
ideo ſi habuero uoluntatem meam
ī preſenti: anima tranſeat in fu-
tura ſicut pōt. Tertia uox eſt
iſta. Deus non redemiſſet homi-
nem niſi uellet ei dare celeſtia
nec fuiſſet paſſus niſi reducere
uellet nos in patriam. Aut qr
paſſus eſt: Aut quis compulit eū
pati. Nempe celeſtia non intelligo
niſi ex auditu. Et utrum credendū
ſit ſcripturis neſcio. Cum ſi hr̄e
poſſem uoluntatem meā hoc reci-
perē pro celeſti regno. ecce talis
eſt eius uoluntas. Ideo qr ſonus
lapidum eſt uox eius in auribus
meis. Sed o. Amice reſpondeo
tibi ad uocem ~~tuā~~ primam: Vita tua nō
tendit ad celum: nec paſſio cari-
tatis mee ſapit tibi: ideo apertus
eſt tibi infernus: & quia diligis
infima & terrena ideo uades ad
inferiora. Ad ſecundam uo-
cē reſpondeo tibi. Fili mors erit tibi
dura. iudiciū intollerabile: et fuga
impoſſibilis niſi te emendes. Ad
tertiam uocē dico tibi frater. Omnia
opera mea ex caritate feci: ut tu
eſſes mihi ſimilis: & aduerſus redi-
res ad me. Nunc aūt opera mea ſt
mortua in te: uerba mea onerosa &
ī uia mea neglecta. ideo reſtat tibi
ſupplicium & ſocietas dēmonum: quia
uertis ad me dorſum: calcas ſub pedi-
b; tuis ſigna humilitatis mee: et nō
attēdis qualis in cruce ſteti ante te.
& pro te. Ego quippe tripliciter
ſteti pro te. Primo ſicut homo cuius
oculum cultellus penetraret. Secundo
ſicut homo cuius cor gladio perfora-
retur. Tertio ſicut homo cuius om̄ia
membra pre dolore inſtantis tribula-
tionis contremiſcerent. Paſſio quippe
mea amarior mihi erat q̄ punctura
oculo: attn̄ eā ex caritate patiebar.
Dolor quoq; matris mee plus mouit
cor meum q̄ proprius. attn̄ eū ſuſti-
nebā. Omnia & interiora mea et
exteriora diu ex inſtanti paſſione et
dolore tremuerunt: nō tamen dimiſi
nec receſſi. Sic igr̄ ſteti ante te: ſed
tu omnia obliuiſceris & negligis & cōte-
mnis. ideo ſicut abortiuū: & pannus me-
ſtruate proicieris.

Item apparuit ī gradu ſuo Religio-
ſus q̄ ſupra dicens: O iudex quero
a te: cur ab alijs citius ſubtrahitur
grā tua: & alij diu tollerantur ī mali-
tia ſua?

Item cur alijs intelligentiā & īgenium
das īcomparabiliter docile: Alij ſunt

ſicut aſini ſine intellectu.
Item cur aliqui nimis indurātur: alij con-
ſolatione mirabili gratulantur.
Item cur alijs ī iuuentute tribuītur gra
alij ī ſenectute priuantur ea?
Item cur alij tribulantur ultra modum
alij ſunt quaſi ſecuri a tribulatione.
Item cur unus uocatur ī principio: Alius
circa finem.
Item cur malis datur maiō proſperitas
ī mundo q̄ bonis?
R Eſpondet iudex Amice: Omnia
opera mea ab initio ſunt ī pre-
ſcientia mea: et omnia q̄cumq;
fcā ſunt ad ſolatiū hominis facta atq;
creata ſunt. Verum quia homo prefert
uoluntatē propriā uoluntati mee: ideo
ex iuſtitia mea auferimtū ei bona ſibi
data gratuite: ut ſciat homo omnia
rationabilia et iuſta apud deū. Et qa
multi ingrati ſunt gratie mee: et tanto
indeuotiores fiunt: quo plus multiplicā-
tur eis bona: atq; dona: propterea au-
feruntur ab illis citius dona: ut conſi-
lium deitatis mee manifeſtetur celerius.
et ne homo in maius iudiciū ſuum
grā mea abutatur.
Item cur ī malitia aliquí diu tolleran-
tur: rō eſt: Quia multi inter mala
ſua hn̄t aliquid tollerabile. nā aut
proficiunt alijs: aut cautela ſunt alijs.
Sicut ſaul cum argueretur a ſamuele
modicum uidebatur ī conſpectu hominū
erraſſe atq; peccaſſe. Sed dauid plus.
Attamen inſtante probatione Saul
inobediens receſſit a me deo ſuo: et
conſuluit phitoniſſā. Dauid uero ī tenta-
tione factus eſt fidelior: ſubſtinens
patienter illata. et reputans accidē-
tia ſibi pro peccatis ſuis. In hoc igr
qd ego patienter ſubſtinui ſaulem
demonſtratur ingratitudo ſaulis.
et patientia deitatis mee. Qd uero
dauid electus eſt oſtenditur pre-
ſcientia mea: et humilitas futura
dauid: et contritio eius.
Item cur aliquib; grā aufertur
ī ſenectute: Reſpondeo: omnib;
datur grā ad hoc ut ab omnibus
diligatur dator grē. ergo quia
multi ſunt circa finē ingrati mee
grē diuine ſicut ſalomon: ideo
iuſtum eſt ut auferatur ī fine: qd
non cuſtodiebatur ſollicite ante
finē. Nam donum et diuina grā
mea aufertur quandoq; propter
neglıgentiā accipientis: quia non
attendit: qualia accepit: et que
reddere. Quandoq; pp̄ cautelā
alioꝝ ut unuſquiſq; ſtans ī gratia
ſemꝑ metuat. et de caſu aliorum
timeat: quia etiā ſapientes ceci-
derunt ex negligentia: et etiam
qui amici mei uidebantur: per
ingratitudinē ſupplantati ſunt.
Item cur aliquibus
maior eſt tribulatio. Reſpondeo
Ego ſum omniū conditor: ideo
nulla tribulatio uenit ſine permiſſiōe
mea: ſicut ſcriptū eſt: Ego ſum
deus creans malum .i. permittens
tribulationē: quia nec tribulatio
accidit gentib; ſine me: et ſine
rationabili cauſa: Nam prophete
mei et predixerunt multa de ad-
uerſitatibus gentilium: ut erudiretū

flagellis negligentes et abutentes
ratione. et ut ego deus omnia p-
mittens [illegible] [illegible] et glorifi-
care ab omni natione. Si igitur
ego deus nō parco paganis a fla-
gellis: minus parcam iis qui copio
ſius de dulcedine diuine gratie
mee guſtauerint. // Quod ergo
tribulatio aliis ē minor: aliis ma-
ior: hoc ideo eſt ut homines auerta-
tur a peccato et ut tribulati ī preſen-
consolationē obtineat in futuro.
Quia omnes q iudicantur: et q ſe
ipos iudicant ī hoc ſeculo non ue-
niunt ī futurum iudicium ſicut ſcrip-
tum ē. Tranſibunt ꝺ morte ī uita.
// Quod et aliqui ſupportantur a fla-
gello: hoc ideo eſt. ne flagellati mu̅-
murando incurrat in iudiciū gra-
uius: quia multi ſunt q nō merent̂
ī preſenti flagellari. Qui etiā ſunt
q in hac uita nec corporali nec ſpi-
rituali moleſtia grauantū: q ita
ſecuri ſunt quaſi deus non ſit.
Aut quaſi pp iuſtitie opera eorum
deus parcat eis. Quibꝫ et formi-
dandum uehementer eſt. et dolen-
dum ne ego deus parcens eis in
preſenti: et improuiſus aduenia
et nō compunctos durius damnē.
// Quidam et ſunt qui hn̄tes ſanita-
tem carnis tribulantur ī anima
de cōtemptu dei. Alii uero nec
gaudent ſanitate corporis nec
consolatione interna animi: et tn̄
ſtant pro poſſe ſuo ī ſeruitio et
honore meo. Quidam et ab utero
matris uſq; ad finē affliguntur ī-

firmitatibꝫ. Quorum animū tribulatões
ita modero ego eorum deus: ut nihil
fiat ſine cauſa et remuneratione.
Quia multorum oculi aperiūtū in tribu-
latione: q ante tentationes dormitabat.
| Tem Cur aliqui
hn̄t maiorē intelligētia: Reſpon-
deo. Nihil prodeſt anime ad eternā
ſalutē quātā quis habundauerit ſapie-
tia: niſi et fulgeat bona uita. Immo
utilius ē hr̄e minorē ſciam: et meliorē
uitā. propterea unicuiq; moderata ē rō
per quam ſi pie uixerit obtinere poteſt
celum. Verumtamen rō ī multis ē diſſimi-
lis iux naturalem et ſpiritualē diſpoſitoem.
Nam ſicut hō ꝑ diuinū feruorem et
uirtutes proficit ī uirtutū ꝑfectionem
Sic et ꝑ uoluntatē malā: et nature
malam diſpoſitionē et prauā educa-
tionem homo defluit in uanitates.
multotienſq; natura patitur defectū
qn̄ ꝯ naturā conatur et peccatur.
// Ergo nō ſine cauſa ē q rō ī aliqui-
bus eſt magna licet inutilis: ſicut
ī illis q ſcientiā hn̄t ſed nō uitam. in
aliis uero ē minor ſciā ſed melior.
uſus. In qbꝫdā uero concordat et rō
et uita. Sed eꝗ in aliis nec rō nec
uita. // Hec igr̄ uarietas prouenit
qnq; ex ordinata mea diuina per-
miſſione: aut ad utilitatē hominum
aut ad humiliationē eorum et eruditio
nem. Quandoq; pp ingratitudinē et
tentationē: quandoq; pp nature ꝺ-
fectum et latentia peccata. Prouenit
et qnq; pp occaſionem uitandā ma-
ioris peccati. Et quia nā nō eſt ap-
tior ad maiora percipienda. omnis

ergo qui gratiam intellectus habet timeat
ne gravius ſi negligens fuerit inde iu-
dicetur. Ille vero qui non habet intellectum
et ingenium gaudeat: et de modico quod
habet quantum pot operetur. Quia a mul-
tis occaſionibus peccati eſt liberatus.
Nam petrus apoſtolus in iuventute obli-
vioſus erat. ioannes idiota: qui in ſenec-
tute apprehenderunt veram ſapientiam
quia principium ſapientie queſiverunt.
Salomon vero iuvenis erat docilis: et
Ariſtotiles ſubtilis: qui non apprehende-
runt initium ſapientie: quia nec glorifica-
verunt ſcientie datorem: ut debuerunt: nec
imitati ſunt que ſciverunt et docuerunt.
nec ſibi ſed aliis didicerunt. Sed et
balaam habuit ſciam quam non imitatus
eſt ideo aſina corripuit eius inſipien-
tiam. et daniel iuvenis iudicabat ſeniores.
Quia litteratura non placet mihi ſine
vita bona: ideo neceſſe est: ut qui abutun-
tur ratione corrigantur. Quia ego omnium
deus et dominus do ſcientiam hominibus: et
ego corrigo ſapientes et inſipientes.
I Tem Cur aliqui indurantur: Reſ-
pondeo. Quod pharao induratus
erat: culpa ſua erat non mea quia
noluit conformare ſe divine voluntati
mee: Nam induratio nihil aliud eſt
niſi ſubtractio mee gratie divine que
ideo ſubtrahitur: quia homo illud non
tribuit mihi deo: quod habet liberum ſe pro-
pria voluntate. Sicut per exemplum intel-
ligere poteris. Homo erat poſſidens
duos agros: quorum alter incultus manes
alter certis temporibus fructificabat: cui
dixit amicus ſuus: Miror inquit cum
ſis ſapiens et dives cur agros tuos
diligentius non excolis. Aut cur non
tradis aliis excolendos. Reſpondit
ille. Alter agrorum quantacumque dili-
gentia exhibuero: nihil producit
niſi herbas peximas: quas beſtie
nocive occupant et deturpant locum.
Cui ſi adhibuero pinguedinem tantum
laſciviendo inſoleſcit: quod etiam ſi mo-
dicum frumenti produxerit plures
aſcendunt zizanie: quas dedignor
colligere: quia frumentum non deſidero
niſi purum. Ergo conſultius eſt
agrum talem dimittere incultum quia
tunc beſtie non occupant locum: nec
beſtie occultant ſe in herbis. et ſi ali-
que herbe amare pululant utile est
pro ovibus: quia guſtatis illis diſcunt
ſuavia non faſtidire. Alter vero
ager ſecundum temperiem temporum
diſpoſitus est. cuius quedam pars est
petroſa et indiget pinguedine. alia
humida indigens calore: alia ſicca
indigens humore. ideo ſecundum
qualitatem agri opus meum volo tem-
perare. Ego itaque deus ſimilis ſum
homini iſti. Primus autem ager eſt
motio libere voluntatis data homini
quam magis movet contra me quam pro me.
Qui etiam ſi aliqua placita mihi fe-
cerit in pluribus tamen provocat me
quia voluntas hominis et mea non
concordat. Sic et pharao fecit qui
cum ex certis ſignis cognoſceret po-
tentiam meam: nihilominus firmavit
mentem ſuam contra me ſtandi in malitia
ſua. ideo expertus est iuſtitiam meam
quia qui non bene utitur minimis in-
iuſtum eſt ut maximis non glorietur.

Alter uero ager est obedientia bone mentis et abiectio uoluntatis proprie. talis mens si est arida in deuotione expectare debet pluuiam mee gratie diuine. Si est petrosa per impatientiam et obdurationem equanimiter sustineat purgationem et correctionem. Si est humida per carnis lasciuiam amplectatur abstinentiam. et sit sicut animal paratum ad uoluntatem possessoris: quia de tali mente ego deus multum glorior. Ergo quod aliqui indurantur hoc facit uoluntas hominis mihi gratia: quia licet ego omnes uelim esse saluos tamen non perficitur nisi homo personaliter cooperatus fuerit conformando omnem uoluntatem suam uoluntati mee. Quod uero non omnibus datur equalis processus et gratia. hoc est occultum iudicium meum qui scio et modero unicuique quid ei expediat et debetur. Qui et restringo conatum hominis ne profundius cadat. nam multi habent talentum gratie quam operari sufficerent sed renuunt. Alii abstinent a peccato timore supplicii: et quia facultatem peccandi non habent: ut quia peccatum non delectat eos. ideo aliquibus non tribuuntur dona maiora. quia ego qui noui solus mentes hominum scio distribuere dona mea.

Item cur mali plus quandoque prosperantur in mundo quam boni: Respondeo. Hoc est inditium magne patientie et caritatis mee: et probatio iustorum: Nam si solis amicis meis darem temporalia bona desperarent mali: et superbirent boni. Sed ideo dantur omnibus bona temporalia ut ego deus omnium dator et creator diligar ab omnibus. et cur cum boni superbiunt per malos erudiantur ad iustitiam. intelligant etiam omnes quod temporalia non sunt diligenda: nec mihi deo preponenda. Sed habenda ad solam substentationem. et sint ad seruitium meum tanto feruentiores: quo homines in temporalibus inueniunt aliquid stabilitatis.

Item cur unus uocatur in principio. alter circa finem. Respondeo. Ego sum quasi mater quam uides in filiis spem uite: aliis dat fortiora. aliis leuiora. His uero de quibus non est spes et compatitur et facit quemadmodum potest. Sed si filii ex medicamento matris fiunt deteriores: quid necesse est tunc laborare. Sic ego facio homini: cuius uoluntas preuidetur feruentior: et humilitas et stabilitas constantior: huic accedit gratia in principio et subsequitur in fine. Qui uero inter mala sua et conatur et afficitur ut melior fiat: hic meretur uocari circa finem. Qui uero ingratus est non meretur admitti ad ubera matris.

Reuelatio VIII in libro questionum in qua xps loquens sponse sue brigide ostendit ei qualiter de domo mundi et uitiorum est iam erepta et liberata. et quod iam est deducta ad habitandum in mansione spiritus sancti: et ideo monet eam quod conformet se cum eodem spiritu perseuerando semper munda humilis et deuota.

FILIUS LOQUITUR. TU ES ILLA QUE IN PAUPERE DOMO NUTRITA in societate magnorum uenisti. Quippe in domo paupere tria sunt. scilicet parietes maculosi: fumus nociuus: et fuligo replens. Sed tu es ducta in domum ubi pulchritudo est sine macula: calor sine fumo. Sua-

uitaſ ſine faſtidio replens. Domuſ ſuo pa-
uper eſt mundus cuius parieteſ eſt ſupbia:
obliuio dei: abundantia peccati. inconſide-
ratio futuroꝝ: hi parietes maculāt quia
opa praua adnihilāt: et abſcondunt ab hoīe
faciem dei. „ Fumus uero amō eſt mū-
di. hic nocet oculis qa intellectū aīe
obfuſcat et facit eā in ſtip uacuis ſollicitāi.
„ Fuligo uō uoluptas ē: quia et ſi delectat
ad tps nunq̄ tn̄ ſatiat nec replet bonitate
eterna. „ Ab his igr̄ tu es abſtracta
et ducta eſ ī maſione ſps ſancti: qui ē
īmt et ego ī eo. Qui et concludit te ī ſe.
ipē quippe mundiſſimus ē et formoſiſſi-
mus / ſtabiliſſimus q̄: quia omnia ſubſten-
tat. ergo conforma te habitatori domus
manendo munda: humilis: et deuota.

Item apparuit Religioſus
ille qui prius ī gradu ſuo dicens.
O iudex quero á te cur animalia
patiuntū incommoda. cum nō habebunt
eternā uitā: nec utuntur ratione?
Item Cur naſcuntur oīa cum dolore: cum
ī omniū natiuitate nō ſit peccatū?
Item cur infans portat peccatum pr̄is cū
non nouit peccare?
Item Cur hoc contingit frequētius quod
non preuidetur?
Item cur moritū malus boā morte: ſicut
iuſtus. et iuſtus qnq; mala morte ſicut
iniuſtus?
Reſpondet iudex. Amice licet in-
quiſitio tua nō ſit ex caritate in
reſpondeo tibi ad aliorꝝ caritatē.
Queris cur aīe patiuntū infirmitates.
hoc ideo ē: quia in eis ſicut ī ceteris oīa
ſunt ⁊ ordinata. Nam ego ſum omniū
naturaꝝ conditō: et dedi unicuiq; nē

temperamentū ſuū et ordinē in quo
unumquodq; moueretur et uiuere.
Verū poſtq̄ homo pp̄ quē omnia
facta ſunt. dilectori ſuo. i. mihi deo
ſuo ſe oppoſuit: ceperunt et omnia
alia inordinationem ſuā ſuſcipere.
et omnia quecunq; ei reuereri debere.
ceperunt ſe ei opponere et aduerſāi.
Propterea ex huius ī ordinationiſ ui-
tio ſicut homini: ſic et aīalib; pluria
contingunt moleſta et aduerſa. Ceteꝝ
aīalia etiā quandoq; patiuntū pp̄
ītemperātiam nature ſue. Quandoq;
pp̄ mitigationē feritatis ſue et pur-
gationem ipius nature. Quandoq;
pp̄ peccatá hominū: ut cum illa
plangantū et ſubtrahuntur q̄ diligit
homo: attendat ſpe homo quanta pena
dignuſ ſit: q̄ maiore utitur ratione.
Et enim niſi exigeret peccata homi-
nū nō ita ſingulariter animalia
q̄ ad manum hominiſ ſunt affligē-
rentur. ſed nec ipa ſine magna
iuſtitia patiuntur. nā aut erit eiſ
ad celeriorē uite finē: aut ad minorē
miſerie laborē. et nature fortis con-
ſumptionē. Aut pp̄ mutationē tpoꝝ
Aut ex incuria hominiſ labore pro-
ueniente. „ Timeat ergo homo pre
ceteriſ me deū ſuū. et tanto mitior
ſit circa creaturas meas: et aīalia
quib; et pp̄ me eaꝝ creatorē miſerēi
debet. ideo enim ego deus precepi
hominī de ſabbato: quia cura ē mihi
d̄ omni creatura mea.
Item Cur omnia naſcuntū cum dolore.
Reſpondeo. Homo quando cōtempſit
delectationē pulcherrimā ſtatī incurrit

uitā laborioſam. & quia iordinatio
cepit ī homine & ꝑ homine: iuſtitia
mea ē ut etiā alijs creaturis: q ſit
ꝓꝑ hominē aliqua amaritudo ſit
propt̃ tēperamētum delectamēti
ſui & fomētum nutrimēti ſui. ergo
naſcitur homo cum dolore. et progre-
ditur cum labore: ut ad quietem
uerā feſtinare ſtudeat. Moritū
uero nudus & pauper: ut refrenet
iordinatū motum ſuū: et timeat fu-
turā diſcuſſionē. ¶ Animalia etiā
ideo pariunt cum dolore: ut exceſſū
tempē amaritudo. & participia ſint
hominis ī labore & dolore. propterea
homo quanto nobilior eſt animalib;
tanto feruentius diligat dominū
deum creatorem ſuū.

Item Cur portat puer peccata
prīs. Reſpōdeo. Omne qd̄ de
inmundo procedit numquid po-
terit eſſe mundū. Itaq; primus hō
qn̄ illā pulchritudinē innocētie ꝓꝑ
in obedientiā amiſit eiectus ē a pa-
radiſo gaudij: & inuolutus ē ī mun-
dis. Ad hanc ergo innocentiā recu-
perandā nullus ex ſe ipo inuentus
eſt ſufficiens: ideo ego miſericors
deus in carnē ueniens inſtitui bap-
tiſmū quo puer liberatur a praua
īmunditia / & a peccato. & ꝓꝑ hoc
filius nō portabit iniquitatem prīs.
Sed uniuſqſq; ī peccato ſuo morietur.
¶ Verū tn̄ multotiens contingit: qd̄ filij
imitantū peccata parentū: ideo &
qn̄ puniuntur peccata patrū ī filijs.
nō quia peccata patrum ī ipis im-
punita erāt. licet pene peccatorū
transferuntur ad ipſ. Sed unuſquiſq;
ī peccato ſuo morietū & punietur.
¶ Quandoq; & peccata patrum ſicut
ſcriptum eſt inſtantur: ī quartam ge- at uindicatur.
neratione: quia diuina iuſtitia mea eſt
ut cum filij nec pro ſe nec pro prībus
ſtudeāt mitigare irām meam puniant
cum patrib; quos contra me ſecuti ſunt.

Item Cur hoc qd̄ non
preuidetur prouenit frequētius.
Reſpondeo. Scriptum eſt qd̄ per
ea q̄ peccat homo punietur. & quis in-
telligere poterit conſiliū dei: propterea
quia multi querunt me ſed non ſecun-
dum ſcientiā ſed ꝓꝑ mundum: alij
plus iuſto timent: Alij minus preſu-
munt. Alij in conſilijs ſuis ſuperbiunt.
ideo or ego deus: q omnium operor
ſalutē facio quandoq; illud prouenire
quod homo plus timet. Quandoq; aufer-
tur illud quod plus iuſto diligitur.
Quandoq; quod ſollicitius preuidetur
& deſideratur, elongatur: ut homo
pre omnibus ſemꝑ me deum ſuum ti-
meat: diligat & agnoſcat.

Item Cur homo malus moritur
bona morte ſicut iuſtus. Reſpōdeo.
Mali hn̄t quandoq; quedā bona
& faciunt quedā iuſtitie opera pro
qb; in preſenti remunerandi ſunt.
Similiter & iuſti qnq; faciunt q̄dam
mala pro qb; in preſenti flagellandi
ſunt aut expectandi. Ideo quia in
pn̄ti omnia incerta ſunt: & omnia re-
ſeruantur ī futurū. & quia unus eſt
omniū introitus. ideo & unus exitus
omniū debet eſſe: quia nō exitus: ſed
uita beatum facit hominē. Verū tamen

quod malis aduenit exitus sicut iustis:
hoc est ex diuina iustitia mea quia il-
lum exitum ipsi desiderabant. Nam
diabolus preuidens suorum amicorum exitus
prenunciat eis quandoque mortis tempora ad pre-
sumptionem eorum et uanam gloriam et de-
ceptionem sicut in illis libris qui apocriphi
intitulantur inuenitur ut post mortem
qui iusti laudentur. Et contra iustis
prouenit quandoque flebilis exitus ad
eorum maius meritum ut qui semper
in uita sua in uirtutibus solliciti fuerunt
per mortem contemptibilem liberi euolarent
ad celum. quatenus nec ipsa perismata
mundanda inuenirentur sicut enim
scriptum est quod leo occidit prophetam
inobedientem et non commedit ex cadauere
sed custodiuit illud. Quod enim leo oc-
cidit corpus: quid aliud innuitur nisi
permissio mea diuina ut inobedientia
prophete puniretur. Quod uero leo non
commedit de cadauere ostensio bonorum
operum prophete fuit ut purgatus in
presenti in futuro iustus inueniretur.

Propterea timeat unusquisque discurrere
iudicia mea. quia sicut incomprehen-
sibilis ego sum uirtute et potentia.
Sic terribilis sum in consiliis et iudiciis
meis: me et enim uolentes quidam co-
prehendere in sapientia sua exciderunt a
spe sua. Reuelatio x in libro que-
stionum in qua xps loquens sponse
monet eam quod non turbetur
si uerba sua diuina in reuelatio-
nibus sibi data inueniuntur aliquando
obscura: aliquando dubia et aliquando
incerta: quia hoc fit ex certis ca-
usis hic assignatis et ex occulta
iustitia diuina. Consulit tamen quod
cum patientia et timore et in
perseuerantia humilitatis semper
expectent euentus et promis-
siones uerborum eius ne propter ingra-
titudinem reuocetur gratia pro-
missa. Dicit et quod multa cor-
poraliter dicta sunt: que non cor-
poraliter sed spiritualiter per
ficientur.

FILIUS LOQUITUR:

Noli turbari si loquor unum
uerbum obscurius: aliud ex-
pressius. Aut si aliquem
dico nunc seruum meum uel filium
et amicum: et iterum inuenitur con-
trarium: quia uerba mea diuersi-
mode interpretari possunt. Sicut
dixi tibi de uno quod manus eius
fieret mors eius. et de alio quod non
accedere ad mensam meam amplius.
Hec ideo dicuntur quia aut dicturus
sum tibi cur ita dixi: aut uidebis
opere fine ueritatis sicut patet in
istis duobus. Etiam quandoque dico
aliqua obscure ut et timeas et gau-
deas. timeas ne alio modo eueniat
propter patientiam meam diuinam: qui
noui mutationes cordium. Gau-
deas et quia uoluntas mea sem-
per adimpletur. Sicut et in ueteri
lege multa dixi: que magis spiritua-
liter quam corporaliter intelligi debe-
bant. Sicut de templo et dauid
et ierusalem: ut homines carnales spi-
ritualia addiscerent desiderare.
Nam ad probandum fidei consta-
tiam: et amicorum meorum sollicitudinem

multa dixi et promiſi que ſtu-
dium diuerſos ſpiritus mei effect⁹
diuerſimode a bonis et malis intel-
ligi poſſent. et ut in diuerſis statib;
ſinguli habeant unde exercitari et
probari poſſint et a me erudiri.
Qđ uero obſcure aliqua a me dicta
ſunt ex iuſtitia mea eſt ut cōſiliū
meum abſconderetur: et uniuſq̄q;
patienter expectet gr̄am meā: ne
forte ſi conſilium meū ſemꝑ certo
tp̄e inſinuaretur omnes ī expecta-
do tepeſcerēt. Multa etiā promi-
ſi que ꝑꝑ hominū ingratitudinē ſb-
tracta ſunt: et multa corporalit̄
dc̄a ſunt q̄ ſpiritualiter perficien-
tur: Sicut de ierl̄m et de Syon qā
iudei ſunt ſicut ſcriptū ē. Cecus
populus domini et ſurdus.

Item ille Religioſus q̄ ſupra
apparuit ſtans in gradu ſuo
dicens. O iudex quero a te cur
multa creata ſunt q̄ nullius uiden-
tur utilitatis?

Item cur anime manētes ī corpore
uel de corpore egredientes cōmu-
niter nō uidentur?

Item cur amici tui rogantes non
ſemꝑ exaudiuntur?

Item cur multi uolentes facere ma-
la nō permittuntur?

Item Cur quibuſdam nō merenti-
bus mala adueniūt?

Item cur q̄buſdam adheret dyabo-
lus et ſemꝑ ē preſens aliis nūq̄?

Item cur hi q̄ ſpiritum dei habēt
pereunt?

R Eſpondet iudex: Amice: Si-
cut opera multa ſunt: et ſic
et mirabilia et incomprehenſi-
bilia: et ſi multa ſunt: nulla
tamen ſine cauſa. Homo quippe ſi-
milis puero eſt nutrito ī carcere et
tenebris. Cui ſi diceretur: qđ lux et
ſtelle ſunt non crederet qā nūq̄
uidit. Similiter homo poſtq̄ deſeruit
lucē uerā: nō delectatur niſi in tene-
bris: iux̄ uerbum uulgare. Qui aſſueſcit
malo uidetur ei dulce eſſe malum.
Igr̄ q̄uis intellectus hominis obſcuratus
ſit: in me tn̄ nō eſt aliqua obumbratio:
nec tranſmutatio. Qui omnia ita tem-
perate, honeſte, et ſapienter̄ diſpono
et diſpoſui: quod nihil ſine cauſa et
utilitate factum ē. Immo nec mons al-
tiſſimus: nec heremus: nec lacus: nec
beſtie: nec reptilia et uenenoſa. Sed
ſicut hominū ita et creaturaꝝ omniū
prouideo utilitati. Ego quippe ſum
ſimilis homini: qui alia loca habet ad
ſpatiandum: Alia ad utenſiliū cuſto-
diam: Alia pro animalib; mitibus.
et inmitibus. Alia ad munitiones.
et miſteria conſilii ſui. Alia propt̄
terre diſpoſitionem ſic congruentem.
Alia ad hominū correctionē. Sic ego
deus omnia ordinaui rationabiliter.
Alia propt̄ hominis utilitatē et delec-
tationem: Quedā ꝑꝑ feraꝝ et auiū
diuerticula. Quedam propter exerci-
tationē: et cupiditatis humane refre-
nationem. Alia ꝑꝑ elementoꝝ con-
uenientiā. Quedam ꝑꝑ opeꝝ meoꝝ
admirationem: Quedam ꝑꝑ peccatoꝝ
punitionem. et ſuperioꝝ et inferioꝝ

conuenientia. Alia pp causam mihi soli
cognitā: et reseruatam: Ecce eñi apis
breuis et paruula ad conficiendum mel
multa scit de multis elicere. Sicut et
cetere minute et magne creature q̄
uincunt hominē in solertia et discretiōe
herbaꝝ: et consideratione utilitatis sue.
et multa sunt illis proficua q̄ nociua
sunt homini. Quid ergo miꝝ si sensus
hominis infirmus est ad discernendum
et intelligendū mirabilia mea cum
ēt uincatur a minimis creaturis. Ecce
quid deformius rana et serpente: quid
contemptibilius lappa et urtica: et simi-
libꝫ: et tñ illa ualde bona sunt scie-
tibꝫ discernere opera mea. et ita que-
cumqꝫ sunt ad aliquid utilitatis sunt.
et unumquodqꝫ quod mouetur scit q̊-
modo natura sua subsistere poterit
et roborari. Ergo quia omnia opa
mea mirabilia sunt et omnia laudant
me: ideo homo q̃to pulchrior et pre-
latus ē ceteris: tanto preceteris obli-
gatiorē se sciat ad honorē meū. Alio-
quin nisi impetus aquaꝝ aliquibꝫ
terminis motium coarctaretur ubi
esset hominū tuta habitatio. et nisi
esset bestiis refugiū quomodo effugeret
cupiditatē insatiabilem hominum. et
si homini essent omnia ad uotum
numquid tunc requireret celestia.
Si uero bestie nec laborarēt nec timerēt
dissoluerentur et infirmarentur.
ideo plurima opera mea sunt ī absco-
dito ut ego deus mirabilis et incom-
prehensibilis sim cognitus: et honoratus
ab hominibꝫ ex admiratione sapientie
mee ī creatione tātaꝝ creaturaꝝ meaꝝ.

Item Cur anime nō uidentur
ab homine: Respondeo. Aīa
longe melioris nature ē q̄ cor-
pus quia ex uirtute deitatis mee
est: et immortalis: participationē
hn̄s cum angelis: prestantior om-
nibus planetis: nobilior qꝫ toto
mundo. ergo quia aīa nobilissime
et ignite nature ē tribuēs corpōi
uiuificatione et calore. et quia
spiritualis est ideo a corporalibus
nisi per corporales similitudines
uideri nullatenus pot.

Item Cur amici mei rogantes
me ī orationibus suis non sem-
per exaudiuntur a me. Respon-
deo. Ego sum qi mr q̄ uidens fi-
lium rogantē contra salutē suā
differt petitionē eius exaudire co-
pescens fletum eius: cum indigna-
tione quadā: que qdē indignatio
nō est ira sed misericordia mag.
Sic ego deus nō semp audio ami-
cos meos quia melius uideo ego q̄
sunt eis utilia ad salutē q̄ ipi met
uideāt. Numquid nō Paulus et
alij efficaciter orauerunt et tamen
non auditi sunt: Sed gr quia ipi
amici mei inter uirtutum abundā-
tiam quedam hn̄t infirma et
purganda: et ideo nō audiuntur.
ut tanto sint humiliores et ad me
feruentiores quo ī temptationibus
peccati maiore caritate a me illesi
defenduntur: et conseruantur.
Ergo inditiū magne dilectionis
ē ut amici mei nō semp exaudian-
tur ī orationibus suis pp maius

meritum. et ad probandum eorum constantiam. Quia sicut dyabolus conatur si posset uitiare uitam iusti per peccatum aliquod: aut per mortem contemptibilem: ut sic constantia fidelium tepesceret. Sic ego permitto non sine causa probari iustum ut eius stabilitas aliis innotescat: et ipse sublimius coronetur. Et sicut dyabolus non erubescit temptare suos quia uidet eos promptissimos ad peccandum. sic ego non parco ad tempus electis meis quia uideo eos paratos ad omne bonum.

Tem Cur aliqui uolentes facere mala non permittuntur: Respondeo.

Quicumque habet duos filios alium obedientem: alterum inobedientem pater resistit inobedienti quantum ualet ne excedat in malitia. obedientem uero probat excitans ad maiora. Quatenus eius agilitate et filius inobediens incitetur ad meliora. Sic ego multotiens non permitto peccare malos quia inter mala sua aliqua bona faciunt: quibus proficiunt uel sibi ipsis seu aliis. ideo iustitia exigit ut non statim tradantur dyabolo: nec habent effectum explendi uelle suum semper.

Tem Cur aliis non merentibus adueniunt mala.

Respondeo. Omnis quicumque bonus est: mihi soli deo cognitus est: et quid meretur. Quia multa uidentur pulchra que non sunt: et aurum probat ignis. Iustus uero ideo quandoque tribulatur ut aliis sit in exemplum et sibi ipsi in coronam. Sic et iob probatus est qui ante flagella bonus erat. sed in flagellis et post fuit magis notus hominibus: et tamen cur ego eum flagellaui quis discutere uelit: uel scire poterit. nisi ego ipse qui eum preueni benedictionibus meis et conseruaui ne peccaret. et tenui in temptationibus et sicut sine meritis suis preueni eum gratia mea: sic et cum iustitia et misericordia probaui eum: quia nullus iustificabitur in conspectu meo nisi per gratiam meam.

Tem Cur ii qui spiritum meum habent peccant.

Respondeo. Spiritus deitatis mee non est alligatus: sed ubi uult spirat: et quando uult recedit: nec habitat in uase subdito peccatis. sed in eo qui caritatem habet. Quia ego deus caritas sum et ubi ego sum libertas est: ergo qui accipit spiritum meum peccare potest si uult quia omnis homo habet liberum arbitrium. itaque quando homo mouet uoluntatem suam contra me spiritus meus qui est in eo recedit ab ipso: aut ipse homo corripitur ut corrigat uoluntatem suam. Sic balaam uoluit maledicere populo meo: sed non permisi eum ego. Quamuis enim propheta malus et cupidus erat: tamen loquebatur quoque bona non a se sed a spiritu meo. nam multotiens bonis et malis datur donum spiritus mei. Alioquin illi magni eloquentes de tam sublimibus non disputassent: nisi habuissent spiritum meum. nec ita fatue contra me delirassent: nisi contra me sensissent et se ad superbiam inclinassent uolentes scire plura quam debuissent.

Tem cur dyabolus magis est presens et adheret aliquibus. Respondeo.

Diabolus est qui lictor et probator iustorum. ideo ex permissione mea uexat quorumdam animas: aliorum obumbrat conscientias: quorumdam et uexat corpora. // Eorum autem uexat animas qui per deum peccantes omnino se subdunt immunditie et infidelitati. illorum uero turbat conscientias et corpora qui propter peccata aliqua in presenti purgantur et uexantur. Que quidem uexatio et infantibus promiscui sexus aduenit tam paganis quam xpianis. Vel propter incuriam parentum et nature defectum: uel propter terrorem et humiliationem aliorum: seu propter peccata aliqua: iustitia mea sic misericorditer disponente. ut hi quibus aufertur occasio peccandi: uel grauius non puniantur uel sublimius coronentur. Similiter et brutis multa talia contingunt uel propter aliorum punitionem: seu propter celeriorem uite finem. Aut propter intemperantiam nature sue. // Ergo quod dyabolus aliquibus adheret et est uicinior permissio mea est. aut propter maiorem humiliationem et cautelam. aut propter maiorem coronam: et sollicitudinem querendi me. Aut propter peccata purganda in presenti. Aut quia exigentibus meritis quorumdam pena incoatur in presenti duratura sine fine. Reuelatio xi. in libro questionum in qua christus loquens sponse sue beate brigide dicit ei quare et quando inceperunt ei ministrari et infundi ab eo uerba diuinarum reuelationum in spirituali uisione: et dicit ei quod uerba predicta reuelationum que in istis libris continentur habent principaliter istas quatuor uirtutes: satiant enim spiritualiter sitientem ueram caritatem. calefaciunt frigidos: turbatos letificant: et debiles animas sanant.

F ILIUS. LOQVITVR.

Per naturalia potest fieri saluber potus scilicet de frigido ferro et duro lapide: de arbore arida: et herba amara. Sed quomodo. Certe si calibs cadere supra montem sulfureum fortiter tunc de calibe exiret ignis. qui succenderet montem. ex cuius calore oliua prope posita licet ex arida intus tamen plena pinguedine inciperet fluere in tantum quod et herba amara sub oliua posita ex defluente oliua dulcesceret. et inde posset fieri saluber potus. Sic ergo spiritualiter feci tibi. Nam cor tuum erat quasi calibs frigidum ad amorem meum inquo mouebaris. Tamen scintilla quedam modica amoris ad me: scilicet quando cogitasti me dignum amore et honore super omnes. Sed istud cor tuum tunc cecidit supra montem sulphureum quando gloria et delectatio mundana aduersabantur tibi et ille maritus tuus quem precceteris carnaliter dilexisti a te moriendo auferebatur. // Vere uoluptas et delectatio mundana bene comparantur monti sulphureo: quia tumorem animi et fetorem concupiscentie: et ardorem pene secum habent.

Cumque tunc in morte eiusdem mariti tui animus tuus graui perturbatione concuteretur tunc scintilla amoris mei que quasi clausa latebat cepit exire quia considerata uanitate mundi omnem uoluntatem tuam mihi dimisisti. me super omnia desiderando. Propter istam itaque scintillam amoris oliua arida .i. uerba euangeliorum et conuersatio doctorum meorum sapuerunt tibi et abstinentia placuit tibi. In tantum quod omnia que prius uidebantur amara ceperunt dulcescere tibi. Cumque oliua cepisset fluere et uerba mea reuelationum in spiritu tibi superuenerunt. Quidam stans super montem clamauit dicens: ex isto potu extinguitur sitis. frigidus calescit. letificatur turbatus. Conualescit infirmus. itaque ego ipse deus sum qui clamo. Verba mea que tu in spirituali uisione frequenter a me audis: satiant quia bonus potus sitientes uerum caritatem. Secundo calefaciunt frigidos. Tertio turbatos letificant. Quarto debiles in anima sanant.

Item apparuit Religiosus qui supra stans in gradu suo et dicens. O iudex quero a te cur secundum dictum euangelij: edi ponentur ad sinistram: oues ad dexteram tuam: numquid talibus delectaris?

Item Cum tu sis dei filius coequalis patri cur scribitur quod nec tu nec angeli sciunt horam iudicij?

Item Cum spiritus sanctus tuus loquutus sit euangelistis. cur tanta est euangeliorum dissonantia?

Item Cum tanta salus sit toti humano generi in incarnatione tua: cur tanto tempore distulisti incarnari?

Item cum anima hominis melior sit toto mundo: cur ubique et semper non mittis amicos et predicatores tuos?

R Espondet iudex. Amice non queris ut scias sed ut sciatur malitia tua. Denique in deitate mea nihil est carnale: nec carnaliter effigiatum quia deitas mea spiritus est: Nec mecum simul boni et mali cohabitare possunt: non magis quam lux simul et tenebre. Sed nec dextera et sinistra in deitate mea est tamquam corporaliter effigiata. Sed nec feliciores sunt qui ad dexteram meam erunt. quam qui ad sinistram. Sed per similitudinem hec dicta sunt. quia per dexteram intelligitur sublimitas mee diuine glorie. per sinistram uero defectus et priuatio totius boni. Sed nec oues uel edi in illa admirabili gloria mea sunt: ubi nihil corporale et ingnatum uel transmutabile est. Sed in similitudinibus et figuris animalium multotiens scribuntur mores hominum. Sicut in oue innocentia. in edo lasciuia. i. homo incontinens significatur qui ponendus est ad sinistram ubi defectus est totius boni. Ergo scito quod ego deus humanis quandoque utor uerbis et similitudinibus ut habeat paruulus quod sugat. et perfecti ut perfectiores fiant: ut impleatur scriptura: quia filius uirginis positus est in contradictionem ut reuelentur ex multis

cordibus cogitationes.

| Tem Cur ego filius dei ignorare
me dixi hore iudicii. Respondeo.

Scriptum est quod iesus proficiebat etate et sapientia. Omne itaque quod proficit et deficit habet mutabilitatem. Deitas uero inmutabilis est. Ego quod ego filius dei coeternus patri proficiebam hoc habui ex humanitate. Quod uero ignorabam: hoc ignorabat humanitas mea. Secundum uero deitatem omnia sciebam et scio. Nam nulla facit pater nisi quod ego filius: et sps sanctus nequaquam. Sed solus pater cum quo sum ego filius et spiritus sanctus una substantia. una deitas et uoluntas scit horam illam iudicii. non angeli nec alia creatura.

| Tem si spiritus sanctus
locutus est in euangelistis: Cur tanta
dissonantia est inter eos. Respondeo.

Scriptum est quod Sps sanctus multiplex est in operationibus suis. quia multis modis distribuit dona sua electis suis. Ipse quippe sps sanctus est sicut homo habens stateram in manu concordans et coaptans extremitates suas multis modis donec ad stabilitatem ipsum momentum statere peruenerit. Quam quidem stateram alio modo disponit assuetus et dissuetus. Alio modo fortis et infirmus. Sic et Sps sanctus nunc more statere ascendit in cordibus hominum nunc uero descendit. Ascendit autem quando mentem eleuat per subtilitatem intellectus et per deuotionem animi. et per inflammationem desiderii spiritualis. Descendit uero quando mentem permittit mundi difficultatibus: anxiari superuacuis. et tribulationibus perturbari. Ergo sicut statera nihil habet certum nisi moderentur imposita. et adhibeatur etiam manus regentis eam. Sic in spiritus sancti operatione moderatio necessaria est. et uita bona: simplicitas quoque meritorum. et discretio operum atque uirtutum. Igitur ego filius dei uisibilis in carne cum in diuersis locis diuersa predicarem: diuersos habui imitatores et auditores. Nam alii sequebantur me ex caritate: alii ad inueniendam occasionem: et propter curiositatem. Quidam et de sequentibus me erant subtilioris ingenii. Quidam simplicioris. ideo ego locutus sum simplicia: unde simplices erudiebantur. locutus sum etiam altiora unde sapientes admirabantur. Quandoque etiam loquebar in parabolis et obscure de quibus aliqui recipiebant occasionem loquendi. quandoque repetebam prius dicta. et quandoque augebam et minuebam. Ideo non mirum si ipsi quatuor narrationem euangeliorum ordinauerunt quod posuerunt diuersa sed tamen uera quia quidam eorum posuerunt uerbum aduerbum. quidam sensum uerborum non uerba. quidam scripserunt audita non uisa. Alii priora posterius. Alii plura de deitate mea: et unusquisque prout sps sanctus dabat eloquium illis.

Verum tamen scire te uolo quod illi euangeliste solummodo recipiendi sunt quos ecclesia mea recipit et admittit quia plures conati sunt scribere qui habuerunt zelum sed non secundum scientiam meam. Ecce enim ego dixi sicut lectum est hodie. Soluite templum hoc et ego reedificabo

illud. Isti q̄ hec audita testificabant
ueri fuerunt secundum uerbum au-
ditum. Sed falsi testes fuerunt quia
nō attendebant adsensum uerboꝝ
meoꝝ. quia illud uerbum intelligē-
dum dixi de corpore meo. Similit
et quando dixi. nisi manducaue-
ritis carnē meam nōn habebitis uitā.
Multi retro cesserunt quia nō aten-
debant clausulam quam dixi: uer-
ba mea uita et spiritus sunt .i.
spirituale hn̄t intellectum et uir-
tutē: Nec mirū qd errabant quia
nō sequebantur me ex caritate.
Itaq; sp̄s sanctus more statere
ascendit in cordib; hominum nūc
loquendo corporaliter nō spiritualr̄.
Descendit uero quando cor hominis
induratur ad deum. Aut heresib;
et mundialib; inuoluitur et obscu-
ratur. Tunc ī eodem momento di-
xit iudex religioso querenti qui
sedebat ī gradu scale. Tu amice
totiens quesiuisti á me subtilia.
Et ego iam propter sponsam meā
que astat interogo te. Cur aīa
tua que hēt discretionē et intellec-
tum bonoꝝ et maloꝝ magis
diligit caduca q̄ celestia: nec secun-
dum ea que intelligit uiuit. Res-
pondit ille religiosus: qui supra:
quia ꝯ rōem ago: et facio sensus
carnis preualere rationi. Et x̄pi
humanitas dixit. ideo consientia
tua erit iudex tuus. Deinde dixit
x̄pus ad sponsam: ecce filia qn̄tū
preualet in homine nō solum mali-
tia diaboli sed consientia ꝯprauata.

Et hoc prouenit ex eo qd homo non
reluctatur sicut deberet tentationi sue.
Sed nō fecit ita magister tibi notus.
Cum ipō quippe descendit sp̄s tentās
eum in tantum qd quasi omnes here-
ses essent ante eum stantes. et qi loq-
rentur uno ore nos sumus ueritas.
Sed ipe non credidit sensib; suis. nec
sensit supra se. ideo liberatus est: et
factus est sciens ab imprincipio usq; ad
alpha et o. sicut sibi promissum fuit.

Item Cur tanto
tpē distuli incarnari. Respondeo.
Vere necessaria fuit incarnatio
mea per quā soluta est maledictio. et
omnia pacificata sunt ī celis et ī terris
Sed tn̄ necessarium fuit ut homo prius
erudiretur lege naturali: Deinde legē
scripta. Nam per legem naturalem ap-
paruit quanta et qualis fuit dilectio
hominis. Per legem scriptam intellexit
infirmitatē suā et miseriā. et tunc ince-
pit requirere medicinā. ergo iustum fu-
it ut tunc ueniret medicus quando
agrauata fuit infirmitas. ut ubi abun-
dauit morbus superabundaret medicina.
Veꝝ tn̄ et in lege naturali et ī lege
scripta multi fuerunt iusti: et multi ha-
bebant sp̄m sanctū: et predixerunt
multa: et erudiebant alios ad omnia
honesta: et expectabant me saluatorem.
Isti appropinquabant misericordie mee
nō supplicio sempiterno.

Item Cum anima melior sit toto
mundo cur nō mittuntur predica-
tores ubiq; et semp. Respondeo.
Vere anima dignior et nobilior est
toto mundo: et omnibus stabilior. Na

ideo dignior eſt quia ſpiritualis et equalis angelis: et ad eternum gaudium creata eſt. nobilior uero eſt quia ad imaginem deitatis mee facta eſt: et immortalis et eternalis. ergo quia homo dignior et nobilior eſt omnibus creaturis. ideo pre omnibus nobilius uiuere debet: quia ratione pre aliis eſt ditatus. Si uero homo abutitur ratione et diuinis donis meis: quid mirum ſi ego hoc punio tempore iuſtitie quod tempore miſericordie eſt obmiſſum. Ideo ergo non mittuntur ubique et ſemper predicatores quia ego deus preuidens duritiam cordium multorum parco laboribus electorum meorum: ne in uacuum tribulentur. et quia multi ex induſtria et certa ſcientia peccantes deliberant magis perſeuerare in peccatis quam conuerti. ideo non ſunt digni audire nuntios ſalutis. ¶ Sed o Amice iam finiam tecum reſponſionem cogitationum tuarum: et tu finies uitam. iam experieris quid tibi profuerit eloquentia tua uerboſa et fauor humanus. O quam felix fores ſi attendiſſes profeſſionem tuam et uotum tuum. ¶ Item dixit ſpiritus ad ſponſam: filia iſte qui tanta et talia queſiſſe uidebatur: adhuc uiuit corpore. Sed non ad diem unum manſurus eſt uiuus: cuius affectiones et cogitationes cordis oſtenſe ſunt tibi per ſimilitudines non ſibi in maius obprobrium Sed in ſalutem animarum aliorum. Sed ecce iam cum affectionibus et cogitationibus finietur ſpes et uita eius.

xii.^a Reuelatio. xii.^a in libro queſtionum in qua xpus loquens ſponſe ſue beate brigide. Dicit ei quod non debeat turbari ex eo quod ipſe non facit ſtatim iuſtitiam ſuper hominem magnum peccatorem. quia ipſe ſententiam iuſtitie differt: ut ſua iuſtitia in illo fienda aliis manifeſtetur. Dicit etiam quod uerba ſua diuina in iſto libro celeſtium reuelationum contenta prius debent creſcere: et uſque ad plenam maturitatem fructificare: et poſtea producent effectum ſuum et uirtutem in mundo: Que quidem uerba ſunt ſicut oleum in lampade id eſt in anima uirtuoſa per quibus ipſa impinguatur et ſuperueniente ſpiritu ſancto eam ardere et ſplendore mirabili lucere faciunt. Subiungit etiam quod dicta uerba reuelationum. prius aſcendent et fructificabunt alibi quam in regno Suetie. ubi eidem ſponſe reuelari diuinitus inceperunt.

F[ilius dei loquitur]

FILIVS. DEI. LOQVITVR

Cur turbaris quod illum tam patientem ſubporto: neſcis quia graue eſt eternaliter ardere. et ideo ad ultimum punctum ſuffero et ſupporto eum ut in eo iuſtitia mea aliis manifeſtetur. Itaque ubicumque colores ſeminati ſunt ſi ante tempus ſuum ſuccidantur non ita bene ualent rei colorande: ſicut ſi ſuccidantur tempore debito. Sic uerba mea que cum iuſtitia et miſericordia manifeſtanda ſunt. et uſque ad plenitudinem maturitatis fructificare debent et creſcere. et tunc rei cui

apponentur: magis conueniet. et uirtute mea conuenienter colorabunt. ¶ Ceterum cur turbaris quod ille de uerbis meis diffidit: ubi signa euidentiora ostenduntur. Numquid tu genuisti eum. aut nosti interiora eius sicut ego. Ipse uti[que] est q[uas]i lampas ardens et lucens cui imposita pinguedine mox appropinquat lichinus ei firmiter inherens. Sic ipse lampas est uirtutum. Lampas apta ad recipiendum diuinam gratiam meam. huic mox ut infunduntur uerba mea liquescunt perfectius: et descendunt ad interiora cordis. et quid mirum si pinguedo liquescit quando ignis ardet in lampade qui pinguedinem liquefacit. et lampadem facit ardere. Iste quippe ignis sp[iritu]s meus est. qui est et loquitur mecum. Et ipse idem sp[iritu]s est. est et loquitur in eo. q[ua]q[ua]m occultiori modo et sibi utiliori. hic ignis incendit lampadem cordis eius: ad laborandum in honore meo. et accendit etiam animam ad recipiendum primam gratie. et uerborum meorum a quibus anima dulciter recipitur: et plenius impinguatur: quando ad opera peruenitur. ideo non timeas: sed sta: et p[er]seuera stabiliter in fide. ¶ Si uerba ista uenirent de sp[irit]u tuo aut de sp[irit]u mundi huius merito tibi esset formidandum. Nunc aut[em] q[ui]a sunt de sp[irit]u meo quem habuerunt prophete sancti. ideo non est tibi timendum: sed gaudendum: nisi forte plus pertimescas de uano nomine mundi quam de prolatione uerborum meorum diuinorum. Audi preterea quod dico. Regnum istud cum peccato magno: et diu inpunito commissum est. ideo uerba mea hic adhuc ascendere. et fructificare non possunt. Sicut tibi declarabo nunc per similitudinem loquendo. Si nucleus plantatus esset in terra: super quem aliquid ponderosum positum esset p[ro]pter quod uirgultum siue planta non posset ascendere. Qui nucleus existens bone et recentis nature cum a superiori pondere deprimente non habet ascensum. tunc igitur circa terram ascensum suum ea parte ubi minus ponderosum habet. Ubi sic profunde et stabiliter infundit radices suas. quod non solum facit fructum pulcherrimum. immo etiam trunco fortiter crescente annihilat omne impediens ascensum et extendit se supra id quod est ponderosum ¶ Sic nucleus iste significat uerba mea: que exigente peccato cum in regno isto nunc conuenienter ascensum habere non possent. prius alibi ascendent. et proficient donec duritia terre istius regni decrescente misericordia: aperiatur.

Reuelatio. xiii. in libro questionum in qua deus pater loquitur beate brigide subtile informando eam De uirtute illorum quinque locorum sacrorum que sunt in ierusalem. et bethleem. et de gratia quam recipiunt peregrini uisitantes illa loca cum humilitate deuota: et uera caritate. Dicens quod in dictis locis fuit uas clausum et non clausum. Nascebatur leo qui uidebatur et non uidebatur. Fuit agnus tonsus et non tonsus. ponebatur serpens qui iacuit et non iacuit. 13

ubi etiam fuit aquila que uolauit et nō uolauit. et exponit omnia iſta in figura :~

D EVS. PATER. LOQVITVR.

Quidam dominuſ fuit cui dixit ſeruuſ ſuuſ. Ecce nouale tuum excultum eſt : et radiceſ extirpate ſunt : quando ergo ſeminandū eſt triticum. Cui dominuſ : Licet inquit radiceſ extirpate uideantū tamen adhuc inueterati trunchi : et ſtipites derelicti ſūt. qui ī uere ex pluuiis et uentiſ ſoluendi ſunt. ideo expecta patiēter tempus ſeminandi : cui reſpondit ſeruuſ. Quid mihi faciendum eſt inter tpā ueriſ et meſſis. Cui dominuſ. Ego inquit ſcio quinq; loca. Omniſ q ad illa acceſſerit habebit quincuplicē fructum. Si tamen mūduſ uenerit : et uacuuſ á ſuperbia : et ferueus ī caritate. ¶ In primo loco fuit uaſ clauſum et nō clauſum. uas paruū et nō paruū. uaſ luminoſum : et non luminoſum. uaſ uacuum et nō uacuum. uaſ mundū et nō mundum. ¶ In ſecundo loco naſcebatur leo : qui uidebatur : et non uidebatur. Qui audiebatur et nō audiebatur. Qui tangebatur et nō tangebatur. Qui agnoſcebatur et ī cognituſ fuit : Qui tenebatur : et nō tenebatur. ¶ In tertio loco fuit Agnuſ tonſus et non tonſuſ. Agnus uulneratuſ et nō uulneratuſ. Agnuſ clamanſ et nō clamanſ. Agnus patiens et nō patiens. Agnuſ moriens et non moriens. ¶ In quarto loco ponebatur ſerpens qui iacuit : et nō iacuit. Mouebatur et nō mouebatū. Audiuit : et nō audiuit. Vidit et nō uidit. Sentiebat et nō ſentiebat. ¶ In quinto loco fuit Aquila q uolauit et nō uolauit. Que et uenit ī locū unde nūmq̄ receſſit. Que requieuit et nō requieuit. Que innouabatur et nō innouabatur. Que gaudebat et nō gaudebat. Que honorabatur et non honorabatur.

Modo exponit omnia iſta in figura.

P ATER. LOQVITVR.

Vaſ illud de quo dixi tibi :

Maria filia ioachim mater humanitatiſ xpī fuit. ipā enim fuit uaſ clauſum et non clauſū. clauſū dyabolo ſed nō deo. Quia ſicut torrenſ cupienſ ingredi uaſ oppoſitū ſibi et nō ualenſ inquirit alioſ exituſ et ingreſſus. Sic dyabolus quaſi torrenſ iniquoꝝ cupiebat totiſ adinuentionibuſ ſuiſ appropinquare cordi marie. Sed nūmq̄ ad aliqd q̄ntumcumq; minimū peccatū ualuit inclinare aīum eiuſ. quia clauſuſ erat ꝯ̄ tentationeſ eiuſ. Nam torrēs ſpīs mei influxerat cor eiuſ : et ſpūali grā repleuit eā. ¶ Secundo fuit maria mr̄ filij mei uaſ paruum et nō paruum. paruum et modicum ī humilitatiſ contemptu ſui. Magnum et nō paruū ī caritate deitatiſ mee. ¶ Tertio fuit maria uaſ uacuū et nō uacuum. Vacuum ab omni uoluptate et peccato : nō uacuum ſed plenū celeſti dulcedine. et omni bonitate :

¶ Quarto fuit uaſ luminoſum : et nō luminoſum. Luminoſum qa omniſ aīa pulchra á me creata eſt. Sed aīa marie creuit ad omnē pfectōem

luminis in tantum quod filius meus fixit se in anima eius. ex cuius pulchritudine gaudebant celum: et terra. Sed uas istud non luminosum fuit apud homines. quia mundi honores et diuitias contempnebat. ¶Quinto maria fuit uas mundum et non mundum. mundum uero quia tota pulchra fuit et tanta immundicia non inueniebatur in ea ubi cuspis acus infigeretur. Sed non mundum fuit quia de radice ade processit. et de peccatoribus nata est. licet sine peccato concepta ut filius meus de ea sine peccato nasceretur. Ergo qui ad locum istum .s. ubi maria nata et educata fuit uenerit non solum mundabitur sed erit uas in honorem meum.

¶Secundus locus est bethleem ubi filius meus tamquam leo natus est: qui uidebatur et tenebatur secundum humanitatem. Sed secundum diuinitatem inuisibilis et incognitus fuit. ¶Tertius locus est caluarie ubi filius meus tamquam agnus innocens uulneratus et mortuus est secundum humanitatem. Sed secundum deitatem impassibilis et immortalis erat. ¶Quartus locus fuit ortus sepulchri filii mei in quo quasi serpens contemptibilis ponebatur et iacuit humanitas eius. Sed secundum deitatem ubique erat. ¶Quintus locus erat mons oliueti de quo filius meus quasi aquila euolauit secundum humanitatem in celum: ubi secundum deitatem semper erat. Qui innouabatur et quieuit secundum humanitatem cum secundum deitatem semper quietus et idem erat. Ergo qui ad ista loca uenerit mundus cum bona et perfecta uoluntate: habebit uidere et gustare quam dulcis et suauis sum ego deus. Itaque cum ueneris ad ista loca ostendam tibi plura.

¶Explicit quintus liber celestis: questionum reuelatarum a xpo sponse sue beate Brigide.

INCIPIUNT RUBRICE CAPITULORUM SEXTI LIBRI.

VERBA MATRIS DEI AD SPONSAM NARRANTIA PULCHRITUDINEM Xpi: et qualiter frequenter iudei in aliquo agone cordis positi ibat ad inspiciendum uultum eius et consolabatur. Capitulum primum.

¶Xpus loquitur sponse de quodam qui male uixerat: et in morte habuit bonam uoluntatem se emendandi si uiueret. et dicit quod propter illam uoluntatem bonam non iudicatur ad penam eternam. sed ad horribile purgatorium. Capitulum Secundum.

¶Qualiter uidebat sponsa quendam demonem cum confusione fugere a quodam uiro deuoto orante. Quem ipse demon fortiter temptando diu turbauerat. Et qualiter angelus bonus declarat uisionem sponse. Cap. iii.

¶Xpus dicit sponse: quod omnis uirtuosus uir et sapiens predicet audacter uerba et gratiam dei in istis libris contenta gentibus desiderantibus: et etiam nolentibus: tam pauperibus quam diuitibus. et habebit ex hoc ipsum deum in premium eternum. Capitulum quartum.

¶Xpus comminatur grauissime ypocritas

Religiosos presumptuosos et superbos qui simplicitatem simplicium innocentium deridentes perturbat cornibus detractionum et malorum operum. Monet tamen eos pie ut se ad uirtutes cito conuertat alioquin grauiter punientur. Capitulum Quintum.

Christus benigne reprehendit Sponsam de quadam impatientia quam habuit: instruens eam non debere ulterius irasci. neque aliquid respondere prouocantibus donec commotio animi eius fuerit pacificata: et uiderit posse aliquid proficere in uerbis suis. Capitulum sextum.

Christus per sponsam precipit cuidam deuoto diacono quod cum feruore: et audacia predicet uerbum dei sociis suis: et aliis peccatoribus. instruendo infirmos. arguendo indisciplinatos. et exponendo animam suam morti: pro aliarum animarum salute. Capitulum Septimum.

Christus prebet audaciam Sponse formidanti reprehendendi fiducialiter quosdam religiosos in peccatis grauibus persistentes. apud quos ipsa hospitabatur. Dicens quod reprehensio sua non imputabitur ei ad peccatum sed ad meritum. etiam si ipsi ex hoc scandalizentur et indurentur. Capitulum Octauum.

Christus reuelat hic Sponse quam abhominabilis est coram deo presbiter celebrans in peccato mortali. et qualiter demones assistunt ei in celebratione misse. et de eius grauissima pena futura si non conuertatur. Capitulum nonum.

Mater dei narrat Sponse dignitatem suam et beneficia que recipiunt ab ea uniuersi. Dicit et modum et suffragia: per que anima cuiusdam principis defuncti pro quo ipsa Sponsa orabat liberari ut posset de horribili purgatorio optimum documentum. Capitulum x.

Mater dei monet sponsam quod semper recordetur de dolorosa passione Christi: Quia in illa hora passionis omnia quasi conturbabantur: scilicet deitas et humanitas: et ipsa mater eius angeli et omnia elementa et omnes anime uiuentium et mortuorum. et etiam demones. Capitulum undecimum.

Mater dei dicit quod ipsa similis est alueario apium: quia illa benedicta apis celestis scilicet filius dei repleuit eam melle dulcissimo: quando descendit in utero eius. sic copiose quod ex illa dulcedine omnis supra uenenatus a nobis sublatus est. Capitulum xii.

Christus monet sponsam quod omne tempus dispenset secundum uoluntatem dei. nec aliquid faciat nisi quod deo placere credat. et quod semper habeat uoluntatem standi in seruitio dei et mentem iugiter eleuet ad celestia. Corpus quoque suum fatiget in presenti taliter quod possit resurgere ad futuram gloriam. Capitulum xiii.

Christus declarat Sponse qualiter ipse fecerat per angelum eam more paruuli enutriri in uita spirituali et uirtutibus. et iterum recommendat eam angelo. Narrat et qualiter sancta deceptione deduxit eam a mundo ad quietis portum. et precipit quod omnes tentationes reuelet suis patribus spiritualibus. et habebit finem perfectum. Capitulum Quartumdecimum.

Christus dicit Sponse quod prelati et

litterati qui de scientia gloriantur
et ditantur et male uiuunt : com
parantur meretricibus et potatoribus
uini qui se ipos et alios i peccatis
precipitant . Cum tunc deberet esse
magis uirtuosi q̄ alii . Occurret tam
cum misericordia omni se conuerteti
Sicut pater exultans adepto filio.

Quidam Sanctus dicit . c xvi c
sponse qd et si homo semel cotidie
moreretur pro deo non sufficeret re-
gratiari deo pro gloria eterna . Nar-
rat et penas terribiles quas quedā
femina defuncta pro delectatioē
carnis in qua uixerat patiebatur
i omnibus membris . c xvii

Mater dei docet Sponsam qualiter
resistendo respondeat dyaboli suge-
stionibus cupiditatis et amicitie
mundialium et luxurie . Qualiter
et aīa q̄ est coniuncta deo per ca-
ritatem licet inquietetur p cogitatioēs
uarias sed tn̄ resistit : non imputa-
tur ei ad peccatum Sed ad meritū
et coronā . c . xviii

Xp̄us dicit Sponse quod religiosi
et alii sp̄uales recipientes consola-
tionē sp̄us sancti : q nō humiliter
regratiantur deo . Sed uilipendunt
gratiā et superbiunt ex ea delectā-
tes se i mundo : attediantur d uita
sp̄uali assimilantur ingrato paupēi
sitienti qui postq̄ gustat potum pro-
icit illum cum contumelia in oculos
datoris . c . xviiii

Xp̄us conqueritur de hominibus qui
delectantur i tp̄alibus delitiis despi-
cientes futurum gloriā et beneficia
passionis eius quoz orō assimilatur uoci
caīne et uoci collisoz lapidum . et tales
dampnabuntur et tunc uidebunt gloriā
dei intra celum et supra et infra et ex
et i omni loco ad confusionē suā . xx c

Mater misericordie dicit . Qd homo
qui hēt contritionē et uoluntatem se
emendandi et tn̄ est frigidus i deuotoē
et i amore dei debet impetrare adeo
scintillā ignis diuini per frequētē medi-
tationē passionis xp̄i . et ex hoc igne
calefiet anima diuino calore et lactabit
uberibus uirginis marie . i uirtute timoīs
dei et obedientie . c . xxi

Xp̄us recipit ad misericordiā precibus
matris sue quendā episcopum nudū
bonis operibus . Sed nouiter conuersū ad
contritionē et sanctum propositum
uite : et induit eum misericordia . et
diuina dulcedine informando eum
qualiter humiliter uiuat sine cupiditate
et qualiter delinquentes subditos cum
misericordia et iustitia corrigat.

Virgo maria apparuit Spōse c xxii
rogans filium pro quodā magno dn̄o
quem latroni comparat . cui xp̄us nar-
rat grauia peccata illius et tamen
precibus eius facit illi tres gr̄as . dat enī
illi magistrum sp̄ualem . et intelligentiā
grauissime penē eterne . et spem rectā
misericordie cū timore discreto .

Xp̄us dicit qd si ille latro c xxiii
supra proxime dictus communione al-
taris sumere uoluerit habeat ante con-
tritionē de commissis cum uoluntate
ea emendandi et non amplius pecca-
di sed in bonis persistendi operibus.
Docet et alia remedia quibus se possit

deo et angelis ac sanctis et proximis reco-
ciliari. que si nō fecerit grauiter punietur.

¶ Post tres annos postq̄ Sponsa ... Cm. xxiiii.
habuit supra proximā reuelationē xp̄s
dicit ei qd nisi cito se emendet latro pre-
dictus cito dampnabr sententia horribili in
generatione sua et in bonis. et et puniet
i aīa ut pexim⁹ latro. Que postea oīa
sibi euenerūt qz noluit se emendare.

¶ Xp̄us dicit Sponse oranti pro ... Cm. xxv.
quodā rege quod ipe conetur i regno
suo cum consilio spiritualiū et iustoꝝ sa-
pientū uiroꝝ reparare muros ierusalē
.i. ecclie et fidei catholice. qui quasi iam
corruerunt spūaliter. Cuius murus per
communitatem xp̄ianoꝝ. et uasa templi
p clerum et religiones designantur. Capm.

¶ Xp̄us prohibet Sponse ... xxvi.
audire noua et opera mundanoꝝ et
bella procerꝝ. Sed dicit qd consideret
opera dei que stupenda et admiranda
sunt. Reprehendit et illos qui solū
intendunt ad diuitias ac delectationes
et honores. Dicens quod nunq̄ intrabūt
i terrā illā fluentē lac et mel .i. i cele-
ste gloria nisi conuertantur et iuste uiuāt
secundum statum suū. Sed intrabunt
iusti et exultabunt. Capm. xxvii.

¶ Dampnatur quedā aīa defuncti á xp̄o
pro peccatis grauibus et pro eo qd non
doluit de doloribus et uulneribus passiōis
xp̄i. Que aīa ut filius abortiuus assimi-
latur et cōdemnatur. et per illos qui
sequebantur maliciose xp̄m i predicatione
et per crucifixores et custodes sepulchri
eius notabilr designatū. Capm. xxviii.

¶ Precipitur Sponse quod frequenter su-
mat corpus xp̄i: quod p manna quod
pluit patribus in deserto. et p farinā
uidue q̄ pauit propheta designatur.
Enarrat et uirtutes magnas et gr̄as
que aīe deuote sumenti ex cōmunioē
predcā proueniunt. Capm. xxix.

¶ Xp̄us precipit Sponse quod totaliter
conformet uoluntatem suā cum uo-
luntate dei: tam i prosperis q̄ in ad-
uersis. Nam uoluntas comparatur
radici arboris q si bona e tunc arbor
.i. aīa fructificat bonū fructū. Si
uero instabilis tunc redditur á culpa
dyabolo. et anima impellitur uento
aduersitatū. aut arescet calore solis
.i. mundi amore uano. Cm. xxx.

¶ Uidebatur á Sponsa i iudicio diuīo
unus demon et una aīa consimilis
forme horribilis animalis: et dampna-
batur illa aīa quia semp perseuera-
uerat i malo nec in fine penituit
et qualr xp̄s est caritatiuus et pius
bonis et districtus malis. et qualiter
alia aīa anima ascendebat ut stella
clarissima. Cm. xxxi.

¶ Uerba xp̄i ad Sponsum. Qualiter
parentes instruentes filios i mundanis
moribus ad acquirendum honores
et mundanā gloriā cum superbia
p serpentes nutrientes filios suos et
docentes eos pungere cum stimulo
et uenenare notabiliter designantur.

¶ Deus pr loquitur ... Cm. xxxii.
filio qualiter ipe est similis sponso
qui tantū dilexit sponsā quod pp
ipsam crucifixus est. ipa uero dile-
xit adulteꝝ et interfecit sponsū.
et qualiter aīe per Sponsum thala-
mus per ecclesiam. porte thalami

p uolumtate. Adulter vero p corporis
delectatione designantur. p delecta-
tione futura Sponsa desponsanda.

Mater dei declarat ‖ Cap^m xxxiii.
Sponse p similitudine. Qualiter ver-
ba istius libri celestis ipa virgo impe-
trauit a filio ad supplicationem om-
nium electorum mundi: que verba
promittunt maledictionem superbis
et misericordiam humilibus. Contine-
tur etiam verba in quibus datur certis
personis potestas expellendi demonia
et concordandi discordes. et specialiter
regem francie regemque anglie. Cap^m

Xpus ostendit Sponse ‖ xxxiiii.
Qualiter aia cuiusdam monaci devoti
purgabatur in vita per infirmitates
corporis et ostendebatur eius gloria
sub specie stelle ante mortem. et
qualiter anima alterius religiosi et
ante dampnata expectabatur a novem
demonijs ante principem demonorum
et assignatur hic ro quare mali reli-
giosi tollerantur adeo. C^m xxxv.

Xpus revelat Sponse qualiter pp
tria bona que erant in cordibus vacuis
et mundissimis apostolorum missus
fuit in eos tripliciter Spus sanctus.
et qualiter in hominibus plenis cupi-
ditate luxuria et superbia non
ingreditur sps sanctus. Et quod
xps primo vult vinum suum .i. ver-
ba sua istius libri propinari amicis:
Quia ea publicabunt alijs postea.

Verba virginis ad ‖ C^m xxxvi.
Sponsam quomodo ipa virgo a qua-
druplici genere hominum salutatur
s. a veris amicis suis ex caritate.
et ab alijs ex timore pene. a religiosis ut
dicentur. Ab alijs vero hipocritis ex pre-
sumptione venie. Prima duo genera remu-
nerantur spiritualiter. Tertium temporaliter.
Quartum est abhominabile. C^m xxxvii.

Xpus dicit Sponse quod duo sunt spus
s. bonus et malus. Signa aut boni spus
sunt dulcedo mentis et gloria. Signa
mali spus sunt anxietas et ingratitudo
mentis procedens ex cupiditate vel ira.
et cetera. Capitulum xxxviii.

Videbat Sponsa demonem producentem
in divino iudicio septem libros contra
quandam animam unius militis defuncti.
Sed angelus bonus produxit pro ea unum
librum. Que aia non dampnabatur eter-
naliter, quia demone ignorante peni-
tuit in fine in cogitatu intrinsecus.
Condemnatur tamen pp peccata ad noue
penas sustinendas in purgatorio usque ad
diem iudicij: quia tam diu desidera-
uerat in corpore vivere. Sed revelantur
a xpo tria remedia per que posset anima
liberari. et remittuntur ei a domino
statim tres de predictis penis precibus
virginis et sanctorum. Supplicatio vero
angeli boni pro ea non statim exauditur
Sed differendo ad tps ponit eam xpus
in deliberatione. Cap^m xxxix

Quarto anno postquam Sponsa vidit sup-
proximam visionem ubi quedam anima
fuerat condemnata usque ad diem iudicij
ad purgatorium: videbat sponsa iterum
eandem animam presentari in iudicio
divino per angelum qui iam semiplene
vestita: pro qua ipse cum celesti mi-
litia orabat dominum. Quam tunc
xpus totaliter liberavit a penis et ut

stella fulgente transmisit ad gloriam
precibus angelorum et sanctorum et lachrimis
et suffragiis amicorum uiuorum. C. xli.

Xpus reprehendit quendam regem
et homines temporales qui industrie sue
et magno exercitui et fortitudini cor-
porali et non deo attribuunt uictorias
suas contra inimicos. Dicens quod ad bella
procedant exemplo dauid contra gigantem
ponendo spem suam in deo. humana tamen
discretione precedente. Quia facilius
uincit qui deum habet cooperatorem. C. xlii

Mater dei laudando se de sollicitu-
dine quam habuit placendi deo dicit
quod non se laudat ut propriam laudem
querat. Sed ut deus ex hoc laudetur
et honoretur. et petit a filio pro spon-
sa uestes celestes uirtutum. et cibum
sacrum corporis sui et spiritum feruentiorem.
Que filius concedit si primo sponsa
habeat humilitatem et timorem et
gratiarum actionem. C. xliii

Turbabatur sponsa quia non patienter
et lete obediebat patri spirituali. Cui
xpus dicit quod si ipsa habet propositum
perfecte obediendi quamuis aliquando
uoluntas reluctet. habet tamen sic obe-
diendo meritum. et purgantur peccata
preterita. Ponit etiam dominus hic
arma spiritualis pugne. id est uirtutes quibus
iusti pugnant et uincunt. iniusti uero
eas proiciunt et uincuntur. C. xliiii

Xpus dicit sponse quod ipse est similis
uitriario qui quamuis multa uasa fran-
gantur non cessat formare de nouo.
alia. id est animas donec chorus celestis
angelicus repleatur. et quod est simi-
lis api quia eligit sibi aliam nouam
herbam id est conuertet paganos unde
magnam dulcedinem extrahet. id est
multas animas ad implendum apiarium
regni celorum. C. xlv

Xpus dicit uiri quod homines men-
talibus oculis ceci possunt uisum
recuperare ut ualeant deum
uidere et sic omnia diligere ex
tribus scilicet ex consideratione iustitie
temporalis. et ex bonitate scilicet
per pulchritudinem creaturarum. et ex
omni potentia et sapientia sua.
Errant autem omnes qui credunt
mala uel bona euenire ex fortuna
uel constellatione stellarum. C. xlvi

Oranti sponse ad uirginem quod im-
petraret ei perfectam dilectionem
ad deum. Respondet uirgo quod
ad hoc obtinendum sequatur sex
uerba euangelii hic contenta. et
declarat ei pulchre illud uerbum.
uade et uende omnia que habes
et da pauperibus. et illud nolite
sollicitari de crastino. et dicit quod
laborans in oratione et lectione
deilore licite potest mendicare pro
necessariis uite. C. xlvii.

Mater dei dicit quod homo loquens
uerba dei si ex hoc improbatur et
uerecundatur cum patientia talis
anima tunc pulchre coloratur. Qui
autem fatigat corpus pro honore
dei anima eius habebit diuinam
dulcedinem et decorabitur. et qui
detrahitur et non odit detrahentem
ornatur eius anima pretiosis ue-
stibus deo gratis. Vexent se igitur
amici dei ad liberandum animas

animas peccatoꝝ. qui sb morte pec-
catoꝝ oppress' iacent i periculo xlviij

Xp̄us comparat se medicis confec-
tori potus salubris et dulcissimi qui
potum diuine dulcedinis paratus est
omnibus dare qui eū desiderant cū
caritate. Quem potum illi qui sani
sunt spū gustant et delectantur.
Qui autem spiritualiter infirmi st.
non delectantur gustare spm̄ dei.

Mater dei notificat C. xlviiij
certitudinē qualiter ipā concepta
fuit ex precepto obedientie diuine
a parentib; sine aliquo peccato ori-
ginali. C. Xl

Verba virginis ad sponsam qualitē
deo nihil tantum placet .s. quod sū-
me diligatur ab homine. et ostendit
hoc per exemplum de una muliere
pagana que obtinuit grām pp mul-
tam dilectionē quā habuit ad creatorē.

Utilis doctrina spūalis. C. li.
qualiter homo respondeat contra
tres hostes anime: .s. contra diabo-
lum qui temptat de superbia et cupi-
ditate. et contra amicos et dome-
sticos qui suadēt qd homo nō sit
nimis iustus et humilis. et contra
emulos qui cupiunt homini pudorē
dāmum: et uitā breuē. C. lij.

Admirante sponsa et indignā se
reputante coram xp̄o de ista grā
sibi data .s. uidendi et audiendi
in spū illa que aguntur i celo et
in purgatorio et in inferno. decla-
ratur de hoc pulchre a xp̄o et
eius matre i principio et in fine
capti. et ostenditur ei exemplo

triū mulieꝝ quas ipā uidebat unā in
inferno. et aliam in purgatorio grauis-
sime cruciari. Qualiter matres prebē-
tes filiabus suis doctrinas et exēpla uiuē-
di curiose et superbe. et filie imitan-
tes illa horribiliter dampnātur. C. liij.

Xp̄us reprehendit prelatos superbientes
ex prelatione dicens quod exhibeant
se subditis humiles et uirtuosos i uita
et moribus: et uiriles i iustitia et equi-
tate. et mensurando se in se ipos ne
supra se eleuentur. addiscant cogno-
scendo defectus suos compati defectib;
subditoꝝ. exemplo xp̄i qui prius uo-
luit facere et pati: q̄ docere: et mi-
nistrare q̄ ministrari. corrigant
quoq; subditos diligenter ne exemplo
heli sacerdotis dampnentur. C. liiij

Xp̄us dicit qd mundus iste erat añ
aduentū suum qi solitudo in qua erat
puteus turbidus .i. amor mundi adquē
septēm uie peccatoꝝ ducebant: genti-
les et iudeos qi cecos. Sed ipē assum-
pta humanitate illustrauit mundum
ostendens uias ad celū. Que quia iā
dissipate sunt ideo ipē mittit nunc
ista uerba sua huius libri i mundo: q
qui receperint et opere seruauerint
saluabuntur. C. lv.

Mater dei dicit qd bene pōt uocari
aurea hora illa in qua ipsa a parē-
tibus concepta fuit. Qui plus hoc fece-
runt ex obedientia diuina q̄ uoluntate
propria. et plus ibi operata est caritas
diuina q̄ uoluptas carnis. Sed uoluit
deus quod conceptionis modus nō stati
omnib; notus esset donec ueritas cla-
resceret tpē preordinato. C. lvi.

Virgo Maria narrat qualiter natiuitas ſua fuit per portã communẽ et fuit initiũ ueroꝝ gaudioꝝ. Quia tunc prodijt uirgula de qua proceſſit flos deſiderabilis cunctis gentibus. in qua natiuitate demones fremuerunt. iuſti letabantur: et angeli gauiſi ſunt. et conqueritur de mulieribus que cum deuotione talia nõ attendunt. C. lvij

Virgo maria tpe purificationis loquebatur ſponſe dicens qd ipa non indigebat purificatõe quia ſine macula et munda erat. Veꝝ tamen ut adimpleretur prophetie uoluit ĩ lege et ſecundum legẽ uiuere et ſingulare nihil in ſe oſtendere ſed humiliter conuerſari. dicit et quod gladius quẽ dixit Simeon ſex doloribus ĩ uita eius animã pertranſibat. C. lviij.

Mater dei dicit Sponſe qd nõ modicus dolor fuit ille ſibi inter ceteros quando ſcilicet pretimore fugiebat cum filio in egyptum. et audiebat filiũ perſeq. ab herode et interfici innocentes. Et narrat pulchre ea que filius egit in infantia et adoleſcentia ſua uſq ad tps predicationis et paſſionis. C. lviiij

Virgo narrat Sponſe quid ſenſit ſtatĩ concepto filio et que ſenſerunt ipa et heliſabeth ĩ amplexu mutuo: et de ſua cohabitatione eaꝝ. et qualiter poſtea angelus conſolabatur eam formidatem et inſtruebat ioſeph admiratẽ. et narrat modum uiuendi ſanctiſſimũ quẽ ipa et ioſeph tenuerunt et multas uirtutes notabiles ioſeph. ·C. lix·

Mater dei dicit Sponſe qd ieronymus nõ dubitauit de aſſumptione ſui corpis ĩ celum. Sed quia deus non reuelauit aperte ueritatem ideo maluit pie credere q̃ diffinire non oſtenſa. et ideo ſcripſit ĩ epiſtola ſua ſe neſcire. et addit hic uirgo aliqua de laude ieronymi. C. lx··

Mater dei dicit Sponſe quod poſt aſcenſionẽ filij longeue ipa uixit in mundo cum multo dolore uiſitando loca ubi ipe paſſus fuerat et mirabilia oſtenderat. et hoc permiſit deus ut exemplo uite et uirtutum eius multi conuerterẽtur apoſtoli roborarentur et corona eius augeretur. et oſtendit cauſam qr aſſumptio eius tunc nõ multis cognita fuit. C. lxj·

Regina celi narrat Sponſe qualiter angelus annuntiauit ei tps quo ipa debebat migrare de hoc ſeculo et corporaliter aſcendere ĩ celum. Dicit et uirgo modũ migrationis ſue et meditationẽ ĩ qua eius anima cogitabat tpe obitus ſui. et aliqua magnalia q̃ contingebant tunc et quando aſſumpta fuit corporaliter ad celeſtia.

Xpus dicit Sponſe C. lxij uerba hic contenta et precepit illa mittere pape clementi: ſ. quod faceret pacem inter regem francie et regẽ anglie. et quod ueniret in italiã et annuntiaret annũ iubileũ. Reprehendit q̃ eum xpus de certis criminibus et negligentijs et grauibus. et de uita pterita inordinata: et comminatũ ei cũ iuſtitia niſi correxerit ſe. C. lxiij

Xpus comminatur grauiter hic qui-
busdam qui obliti suis peccatis prete-
ritis et uia dei uiuebant in securita-
te iocunde. Dicit tamen quod si se emenda-
uerint inuenient in eo misericordiam.

Xpus dat hic sponse .L.lxiiii.
notabilem doctrinam ad tenendum
uitam actiuam et contemplatiuam que
per martam et mariam notabiliter hic de-
signantur. i. qualiter incipiat et pro-
ficiat homo in uita spirituali et uirtuti-
bus ut ascendat ad summum gradum
perfecti amoris dei et proximi.
et primo loquitur de actibus illorum
qui sequuntur uitam marie.

Xpus ostendit sponse .L.lxv
quod anima est sponsa uxor dei cuius
domus est corpus. Quinque uero ser-
uitores per quinque sensus designantur.
et quinque ancille per quinque uirtu-
tes denotantur. Dicit et dominus
qualis debet esse bona anima et qua-
liter adornata. Ostendit insuper
pro quibus peccatis quedam anima
cuiusdam defuncti fuit ad purgatorium
dampnata. et propter preces cuiusdam
sancti uiri dicit quibus suffragiis pote-
rit de penis liberari. .L.lxvi

Xpus dicit sponse
quod mundus iste est similis naui
habenti tres partes. s. proram, medium
et puppim. Sic mundus iste con-
cludetur tribus etatibus hic contentis.
et in fine tertie etatis in qua iam
sumus nascebatur de maledictis
femina et homine ille horribilis
antichristus. .L.lxvii

Dubitante sponsa de quodam monaco
an illuderetur. quia dicebat se uidere
uisiones celestes. Respondit xpus dicens
Quod ille illuditur a demone sub specie
angeli lucis quod probat xpus per libros
illius continentes ambitionem et propriam
laudem. et precipit xpus quod moneat ut
se corrigat. Alioquin cito et male morietur.
Quod pro dolo postea sic euenit. .L.lxviii

Xpus dicit sponse. quendam fratrem esse
deceptum sub specie uirtutis qui nihil
in quadragesimis comedebat. et alias
indiscretas abstinentias faciebat confidens
ex hoc posse optinere celum. quia non
in bonis operibus nostris debemus confidere.
Que quantumcumque magna sint quasi nulla
reputare debemus. licet necessaria sint.
Sed cum humilitate sperare debemus in sola
misericordia dei. .L.lxviiii

Xpus ostendit sponse horribilem sententiam
dampnationis anime cuiusdam cardinalis qui a-
micus et in delitiis uixerat. et comminatur
prelatis et clero cum districta iustitia terri-
biliter. Qui deuorantes consumunt indebite
bona ecclesiastica fidelium benefactorum.
promittit tamen ipsis benefactoribus in gloria
eterna remunerationem optimam. .L.lxx

In anno iubileo xpus per sponsam
precipit cuidam confessori quod omnes con-
fitentes ei libere absoluat: nisi in apertis
sententiis ecclesie. .L.lxxi.

Xpus precipit quod prouideatur taliter
quod pro absolutione peccatorum nulla pecu-
nia recipiatur. et quod parrochiales sa-
cerdotes possint absoluere de omnibus
peccatis occultis: ne peccatores si remittantur
ad superiores non absoluti propter timorem
uerecundie in suis peccatis mortalibus non
indurentur et in esse dampnabili moriantur.

Xpus dicit de quodam penitenciario pape existente rome: Quod quamuis uiciosus sit nihilominus absolutio quam facit confitentibus rata est apud deum. Et predicit xpus eius subitaneam mortem.

Videbat sponsa uisionem. C. lxxiii

Quod a castro sancti angeli usque ad sanctum petrum in roma erant multa habitacula circumdata muro: Et xpus declarat illam dicens. Quod ille sanctus papa qui spiritualiter et feruenter dilexit ecclesiam habitabit ibi cum cardinalibus et consiliariis suis. C. lxxiiii

Xpus precipit per sponsam cuidam deuoto magistro quod predicet feruenter opportune et importune quod anime purgate uident faciem dei. Dicit et quod qui semper uellent uiuere et semper peccare eternaliter in inferno cruciabuntur. C. lxxv

Xpus corrigens sponsam per incendium rerum suarum: Dicit quod qui non corrigit domesticos suos uirtuose incurrit dei iudicium. Et punit horribiliter quendam qui omnia putabat euenire a fortuna et casu: Et quia capiebat pisces per incantationem. C. lxxvi

Xpus reprehendit quendam religiosum disputantem de saluatione gentilium. Et dicit quod illi qui bene uiuendo laborauerunt ut uocarentur ad uineam celestis glorie: et non potuerunt effici xpiani post mortem recipient consolationem a deo licet non intrabunt in gloriam. C. lxxvii

Expellebatur per uerba hic contenta reuelata sponse: a quadam domo unus dyabolus qui dabat responsa et predicebat aliqua futura habitantibus ibi idolatrantibus. Quibus uirtute dei et uerborum statim conuersis. Demon confusus cum clamore discessit. C. lxxviii

Quidam mortuus fuit per iustitiam quia ad sacerdotium non ordinatus celebrabat. De quo xps dicit: Quod propter illam penam et contritionem quam habuit non damnatur in anima. Misse tamen et alia sacramenta que contulit profuerunt fidelibus recipientibus propter fidem quam habuerunt.

Xpus loquitur sponse. C. lxxix
de quadam femina que a demone incubo luxuriose horribiliter uexabatur. Dicens quod per confessionem puram et sumptionem eucharistie et per orationes seruorum dei liberabitur.

Dantur hic remedia. C. lxxx
a xpo per que unus puer trium annorum qui uexabatur a dyabolo sanatus est. Mater et eius que illudebatur a demonio incubo: per uirtutem xpi et uerborum hic contentorum ab eo liberata est.

Xpus grauiter reprehendit. C. lxxxi
hic credentes spiritui phitonis predicenti futura: quia hec operatur dyabolus ex subtilitate nature permissione dei propter infidelitatem et cupiditatem hominum. C. lxxxii

Xpus predicit quod deuotio gentilium in futurum plusquam xpianorum permaxime augumentabitur et cantabunt omnes. Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Xpus reprehendit
onerantes se multis uestibus propter frigus et superbientes de pulchris uestibus sicut superbit pauo de pulchris pennis: Dicens quod si plene confiderent in eo ipse daret eis decorem et

et calorem i corpore et anima.
Xpus dicit Sponse quod qui scienter detinet male acquisita non inmunt in requiem donec restituat exemplo unius anime que diu in purgatorio fuerat. Qui uero ignoranter non punientur. declarat etiam de elimosinis bonorum male acquisitorum an proficiant largientibus.
Qualiter uidet Sponsa descendentem ignem de celo in altare. et in manu sacerdotis uidit agnum et in agno faciem xpi humanam inflammantem et audiuit dispositionem misterij.
Ad ingressum unius excommunicati indomo sentiebat Sponsa fetorem horribilem. Que xpus exponens dicit quod sicut ille fetor erat periculosus corpori: Sic excommunicatio est periculosa anime excommunicati. et cum eo participantibus.
Sponsa dubitante quid significaret ille motus sensibilis admirabilis quem sentiebat incorde quando aliqua ex infusione erant diuina sibi reuelanda. Mater dei declarat ei ueritatem misterij annuntians ei quod deus et ipsa uolunt per eam mundo indicare uoluntatem suam.
Xpus per iohannem euangelistam certificat Sponsam quod idem iohannes composuit apocalipsim inspiratione spiritus sancti. et non alius. et quod glosa magistri mathie super bibliam est ab eodem spiritu eidem magistro diuinitus ministrata.
Dubitante quodam Religioso incredulo. et disputante de ista gratia uidendi celestia Sponse diuinitus gratis data xpus reprehendit eum per Sponsam de loquacitate et scientia sua uana. et corripit eum infirmitate paralitica.
Xpus precipit Sponse. quod confortet corpus cum cibis moderate. ne ex eius defectu anima impediatur in diuinis.
Xpus reprehendit cum comminatione quendam monachum qui coram rege per uitas patrum asserebat Sponsam esse delusam. et dicit dominus quod ipsi patres delusi fuerunt qui superbientes de iustitia sua preferebant se alijs nolentes obedire uiris humilibus.
Visio notanda de quadam domina quam uirgo maria et petrus apostolus sustentabant ne caderet: quorum consilio mutauit uitam: et ex gratia speciali diuina incurrit infirmitatem in qua purgata migrauit ad celum.
Mater dei reuelat Sponse ubi fuerunt ille anime quas xpus liberauit de inferno quando descendit ad inferos usque dum ascendit incelum. et etiam ubi remanserunt corpora illorum qui cum eo in ierusalem resurrexerunt: quando eorum animas portauit secum in celum. et qualiter in resurrectione prius se ostendit dominus eidem sue matri quam alijs: et docet filiam qualiter resistat tentationibus.
Quidam nobilis princeps et iustus nolebat acceptare unam magnam dignitatem regiminis regni ex bona intentione. Quem mater dei per Sponsam reprehendit precipiens quod illam acceptet habendo in ore semper uerba ueritatis et in manu gladium iustitie sine aliqua

acceptione perſonarum.
Dum Rome comburerentur campa-
ne ecclesie Sancti Petri xpus dicit Spo-
ſe qd non miretur quia sicut aliquando ele-
menta oſtendunt ſigna euentuum futurorum.
Sic ille campane oſtendunt propinquã
mortẽ cuiuſdam pontificis .ſ. bonifatij
octaui. Cui graue inſtat iudicium.
niſi cito ad deum conuertatur.

Qualiter Deus uult quod pecca-
tores moneantur ad confeſſionẽ oppor-
tune et importune et maxime in fine
uite: exemplo unius q. xL. annis ſine
confeſſione uixerat. et in fine qi
coacte inductus confeſſus est. et con-
tritione optenta ſaluatus eſt.

Xpus per Sponſam comminando repre-
hendit quandam abbatiſſã comparans
eam uacce pingui dyaboli quia propriũ
habebat et utebatur mollibus et curioſis
ueſtib; cum ſuperbia. et epulabatur ſplẽ-
dide prebens ſororibus perditionis exem-
plum.

Videbatur inter moniales unus ethiops
hitu monacali ueſtitus. Que xpus expo-
nens dicit quod ille eſt demon cupidita-
tis qui ſub ſpecie caritatis inducebat
monachas ad congregandum diuitias.
ut de illis facerent aliis largas elimo-
ſinas. Que xpus hic grauiter repreben-
dit et improbat.

Xpus confirmat Sponſam dicens qd nõ
timeat quod uerba ei diuinitus reuelata
in iſtis libris contenta poſſint infirmari
licet moliri et calcari et exprimi debe-
ant ſicut oleum ut ex hoc patientia et
honor dei amplietur.

Xpus precipit Sponſe qd ea q ab eo
audiuerit i ſpu ſcribat et mittat
ad generes. ut cognoſcat ingratitudi-
nẽ ſuã et patientiam dei.

Xpus monet unã infirmã quod
ſit ſtabilis ĩ patientia quia pro uti-
litate ſue anime ei diſpenſatur in-
firmitas. et declarat qd indulgentie
eccleſiarum rome maiores ſunt apd
deum et utiliores animab; q homi-
nes credãt.

Qualiter beatus nicolaus ĩ baro ad
ſepulcrũ eius apparuit Sponſe
unctus oleo. Declarans ei de oleo ma-
nante de corpore eius. et alia d
ſuis uirtutib; dum uiuebat: et de lar-
giflua bonitate dei ad ſuos electos.

Qualiter beata Anna
apparuit Sponſe et docet eã unã
orationẽ ſpualem ad reuerẽtiã eius
et impetrandum prolẽ ideo mulie-
ribus coniugatis.

Mater dei confortat Sponſam ad
uiſitandum Sanctuaria rome dicẽs
quod maiores ſunt ibi indulgentie
q homines credant: quas ſancti im-
petrauerunt ſuis precibus et pro-
prio ſanguine.

Quidam ſimulans ſe mundũ reliqſſe
et uelle ſeruire deo cõſuluit Spõ-
ſã in quo ſtatu deo ſeruiret. Cui
xpus dicit quod iſte nõ dum tran-
ſiuit Iordanem. i. nõ dum cõtempſit
mundum perfecte et uoluntatem
ſuã et ideo non audiet reſponſum
ſecrete uoluntatis dei.

Xpus dicit Sponſe: qd ſicut aquila
ab alto cuſtodit filios et ſuccurrit
eis in neceſſitate et periculo ſic

ipe ſuiſ amicoſ in neceſſitatibus corporiſ et aīe. Precipit et ſponſe qd uiſitet corpuſ Sancti Andree: quem laudat dominuſ hic et uiſitantibuſ illum promittit miſericordiam et gratiam.

¶ Orante Sponſa in urbe Roma ad Sepulchrum beati Stephani apparuit ipe narrans ei aliqua de uita et uirtutibuſ ſuiſ: et de paſſione ſua et obtulit ſe impetrare pro ea gratiā adeo predicendo ſibi quod adhuc ibit ierusalē.

¶ Mater dei reprehendit quendam ſpūalem dicens qd non confidat de aliqua uirtute ſua. et caueat á multiloquio et riſorio. et aleuitate morum. Item quomodo acceptiuſ eſt deo qd homo iuſte uiuat ī mundo de ſuo labore q̄ in heremo uel religione ſine dei caritate.

Verba matris dei ad Sponſam narrantia pulchritudinem xp̄i et qualiter frequentē iudei in aliquo langore cordis poſiti ibant ad inſpiciendum uultum eius et conſolabantur. Capitulū .i.

M ATER DEI LOQUITUR, AD SPONSAM, DICENS, EGO SUM, REGINA CELI, FILIUS meuſ diligit te toto corde: ideo conſulo tibi ut nihil diligas preterē ipm. ipe enim eſt ſic deſiderabiliſ: Quod ſi habueris eum nihil aliud poteris deſiderare. Sic pulcher qd pulchritudo [illegible] ideſt memoria [illegible] et pſimm[illegible] elementorum uel lucis ad com[illegible] parationē eiuſ eſt qi umbra. Vnde cum ego enutrirem filium meū tanta pulchritudine preditus erat ut quicumque eum inſpiceret conſolaretur á dolore cordiſ quem habebat. ideo et multi iudei dicebant ad inuicē: eamuſ ad uidendum filium marie ut conſolari poſſimuſ. Et licet ignorarēt eum eſſe filium dei tn̄ conſolationē recipiebant magnā ex aſpectu eiuſ. Sic etiā corpuſ eiuſ mundū erat qd numq̄ ſuper illud aliquiſ pediculuſ uel aliquiſ uermiculuſ uenit. Quia uermiſ reuerentiā factori ſuo exhibebat. nec etiā aliq̄ perplexitaſ nec immunditia ī eiuſ capilliſ inueniebatur. Nec nutriebatur.

Xp̄us loquitur Sponſe de quodam qui male uixerat et in morte habuit bonam uoluntatem ſe emendandi ſi uiueret et dicit quod propter illam uoluntatem bonam non iudicatur eternaliter. Capitulum .ii.

F ILIUS LOQUEBATUR, Sponſe dicens ille qui nunc infirmatur: pro quo tu oras nimiſ remiſſus fuit circa me: et duxit totā uitā ſuā mihi contraria. Sed nunc facias ei dici: qd ſi habuerit uoluntatē emendandi ſe ſi euaſerit mortem adhuc dabo ei gratiam: Moneatū ergo ad emendationiſ uoluntatē: quia ex magna miſericordia et amaritudine pene eiuſ compatior ei... ¶ Cumque idem ante prime decantationē moreretur iterum apparuit dominuſ Sponſe et ait. Ecce conſidera q̄ iuſtus ſum ī iudicio

personarum

meo iste combureret qui tanta in-
firmitate sancti Petri grauabatur ueniet
ad iudiciū meū. et licet ex uoluntate bona
fuerit iudicatus ad gratiam tamen antequam
ad plenū sit purgatus sic in purgatorio
amarum habebit aīa eius suppliciū. Quod
nullus mortalis est qui possit illud cogi-
tare. Quid ergo patientur illi qui omnē
uoluntatē suam habent in mundo et nul-
lis tribulationibus fatigantur. Qualiter
uidebat Sponsa quendam demonem
cum confusione fugere a quodam
uiro deuote orante: quem ipse demō
fortitē tentando diu turbauerat. et
qualiter angelus bonus declarat. c. iij.

Videbatur a Sponsa quidā Demon
astare manibus ligatis cuidam
oranti. Cumque ad horam astaret
subito demon terribilē et altissimā uo-
cē emisit cum magno mugitu: et sic con-
fusus recessit. De quo ait Angelus
bonus ad Sponsam. iste demon iam tempus
uirum illum turbauerat et ideo uinctus
est manibus quia nō potest preualere in
eum sicut habet uoluntatem. Quia exquo
homo iste a demone impugnatus uiriliter
restiterat. dei iudiciū est ut nō possit
ei demon facere sicut uellet. Adhuc
tamen habet spem demon ut possit pre-
ualere in eum. Sed in ista hora uictus
est de facili: et nunquam in eum amplius
preualebit. Gratia autē dei de die in
diem augumentabitur isti homini. et
ideo Demon nō immerito clamat quia
amisit eum quē totiens impugnabat
ut uinceretur. ¶ Xpūs dicit Spon-
se quod omnis uirtuosus uir et sapiens
predicet audacter uerba et gratiam
dei in istis libris contenta gentibus
desiderantibus: et etiā nolentibus. c. iiij.

Qui habet aurum sapientie Do-
mini sui tenetur tria facere.
Primo distribuere illud habere
uolentibus: et insuper prebere nolentibus.
Secundo debet esse sapiens et mode-
ratus. Tertio debet esse rationabilis
et equus in distribuendo. Ipse enim
homo qui dictas uirtutes habet ipse
est qui habet aurū meū. id est sapientiam meā.
Quid enim inter metalla pretiosius
auro: sic nec aliquid in scripturis
dignius sapientia mea. hanc sapientiam
ego impleui eum pro quo tu oras.
et ideo ipse debet predicare audacter
tanquam miles meus. uerba mea. et nō
solum desiderantibus audire eum.
immo et nolentibus loquatur gratiā
meā. Secundo sit ipse patiens pro no-
mine meo sciens se habere dominū qui
omnia opprobria audiuit. Tertio dico
quod sit equus in distribuendo sic pau-
peri sicut diuiti. nulli pareat: nullū
uereatur quia ego sum in eo et ipse in me.
Quis nocebit ei cum ego omnipotens
sim in eo et extra eum. ego dabo ei pre-
tiosum stipendium pro labore suo. Nō
corporale aliquid nec terrenū: sed
me ipsum in quo est omne bonū. et in quo
est omnis habundantia et gratia.

¶ Xpūs grauissime comminatur
hipocritis: Religiosis presumptuosis
et superbis qui simplicitatem sim-
plicium innocentum deridentes
perturbant cornibus detractionū
et malorum operum: Monet tamen eos
pie ut se ad uirtutes cito couertat

Alioquin grauit̃ punientur. C.v.

E Go sum creato̅ omniū et a multo creatus. ego longo tempore auerti oculos ab hoc loco pp iniquitates inhabitantiū. Sicut enim primi fundatores festinabāt de uirtute in uirtutē ascendere. Sic nunc isti moderni de malo in malū quilibet alium preire curat et gloriantū de peccato. Nunc igr̃ preces dilecte matris mee ad miserendum me flectunt. Sed de pexima progenie adhuc remanet q̄dam radices sicut p similitudinē melius intelliges. Quasi esset pastor qui diceret ad dominū suū. Domine inquit i ouili tuo sunt pauce oues et mansuete. inter quas arietes cornipetes inueniuntū turbantes oues. q̄z caput ad nihil est utile: pellis corrupta: caro putrida: intestina maleolentia. Cui respondit dominus. ne turbentur oues mee mansuete. Caput arietum absc̄indā ferro acutissimo. Pellis quia non portat mihi lanā decoriabitur. Intestina et carnes q̄ putride proicientur ad agros: et dabuntur uolatilibus que nesciūt discernere inter mundum et imundum.

Ego sum dominus q̄ i hoc loco quosdam simplices q̄ oues habeo inter q̄s quidam sunt quasi arietes cornuti lacerantes eos. Qui sicut arietes p̄mo precipitantū accurrēdo: discerpunt lanā: inde cornibus impellendo: p̄osternunt ad terrā. Sic isti simplicitatē innocētum deridendo perturbāt. et cornibus detractionis et maloꝝ opeꝝ ad terrā prosternunt. Propterea caput eoꝝ idest intentio elata cornibus arrogantie et p̄sumptionis abscindetū ab eis i iudicio meo seuero: q̄d est gladius acutissimus. Pellis eoꝝ .i. hipocrisis qua pro simplicitate religionis induti sunt: aufertur ab eis. Et pro ipa hipocrisi aīa eoꝝ a demonibus a bonni bono decoriabitur. quia ostendebāt aliud et aliud erāt. Seruiebant mihi ore et dissentiebāt opere. Caro eoꝝ uoluptati dedita que i conspectu meo ē q̄ caro meretricis. igne cremabitur absq̄ misericordia. Intestina eoꝝ idest cogitationes et affectiones quas ad mundum hnt̃ et nō ad me in quibus fouebantur inimici mei idest peccata et demones et nō ego. Plagabunt̃ a demonibus ut nō sit affectio praua pro qua nō puniantur. Ideo dum adhuc tp̄s est caput eoꝝ idest uoluntas distorta et superbia deponatur ad humilitatē. pellis simplicitatis assumatū. Caro a uoluptatib; refrenetur. intestina idest cogitationes penitentia sanentū: ne iustitiā ab eis secundum merita eoꝝ celerē exigā. et potestati demonū subiciā eos. ita q̄d nihil aliud possint nisi q̄d demonibus placet. et ab eis impellentū de malo i malū.

Xp̄us benigne reprehendit sponsā de quadam impatientia quā habuit. instruens eam nō debere ulterius irasci neq; aliquid respondere prouocantibus donec commotio animi eius fuerit pacificata: et uiderit posse aliquid proficere in uerbis suis. C.m. vi.

E GO Sum creato̅ tuus et Sponsus. Tu Sponsa mea noua quadrupliciter peccasti nunc i ira tua. Primo q̄z impatiens fuisti i corde tuo ad

uerba: Cum ego ſuſtinui pro te uerbeā.
et ſtans ante iudice nō reſpondi unū
uerbū. Secundo quia atrociora reſpo-
diſti et exaltaſti nimiſ uocē tuā: expro-
brando: cum ego affixuſ clauiſ ſuſpexi
ī celū et nō aperui oſ meū. Tertio quia
cōtempſiſti me ꝑꝑ quē deberes omnia
patienter tolleraſſe. Quarto quia pro-
ximo tuo nō profuiſti. per patientiā
enim tuā: qui errauit ad meliora debuiſ-
ſe prouocari. ¶ Ideo uolo qđ de cetero
nō iraſcaris. Cum enim ab aliquo ad
irā prouocata fueris uſq; quo ira ab
animo nō ſeperata fuerit, nō ꝫ loq̄ris
al's ſe mota nō ꝫ fuerit
ei. Sed tranſacta commotione animi
et cauſa commotionis diligentē pen-
ſata loquere cum manſuetudine: Si
aūt aliquid fuerit ī quo loquēdo nihil
profeceris. nec tacendo peccaueris: me-
liuſ eſt ꝑꝑ meritū ſilere. ¶ Xp̄s per
ſponſam precipit cuidam deuoto
diacono: Qđ cum feruore et auda-
cia predicet uerbum dei ſociis ſuis
et aliis peccatoribus: inſtruendo
infirmos. Arguendo indiſcipli-
natos. et exponendo animam
ſuam morti. Capitulum vii.

E GO ſum Deuſ tuuſ. et deuſ
omniū et creator. Licet ne-
glectuſ ſum et deſpectuſ. hoc
dices illi pro quo tu oras: quem me
diligere noſti. Cum tibi diaconatuſ
officium impoſitū eſt p̄dicandi: auc-
toritatē accepiſti: ut inſtrueres infir-
mos et argueres indiſciplinatos. hoc
ego ꝑ me ipm facere non renui: hoc
etiam apoſtoli et diſcipuli mei fecerunt.
Qui pro acquiſitione aīaꝝ diuerſa
loca et ciuitates et uillaſ circuierunt
et pro ſalute animaꝝ animaſ uſq; ad
mortē tradiderunt ſuas. Ergo quia of-
ficium tuū eſt predicare: nec decet
nec expedit tibi ut ſileas. quia circa
te ſunt inimici tui meis peſſimi. et ī me-
dio eoꝝ ambulas. ¶ Ipoꝝ quippe
maledicta gula ſic mihi odioſa eſt:
ac ſi die paraſceue carnes comede-
rent. Ipi ſunt qi uaſ ex utraq; ꝑte
apertum: cui ſi totum mare in-
funderetur nunq̄ impleretū. nec
ipi ſatiari poterunt: quoꝝ gulā
augmentat ī peccatū immodera-
ta laſciuia. ipi etiā angelos meos
cuſtodes eoꝝ elongant a ſe et ad-
uocant demones: q nunc propinquo-
res ſunt eis q̄ boni: quia ſtant in
choro meo non ut mihi placeat:
Sed ne ab aliis arguantur. uel
diſpliceat. Apparet patrū anti-
quoꝝ imitatores: ſed uere ſunt
in conſpectu meo mendaces et de-
fraudatores: fregerunt enim fidē
quā mihi promiſerat: et defrau-
dāt aīas quoꝝ beneficiis uiuunt:
quia nec uita nec precibus eis re-
pendunt. ¶ Propterea corām an-
geliſ et ſanctiſ omnibus: iuro ī ue-
ritate mea qui ſum ueritas: et
de ore meo nunq̄ niſi ueritas
proceſſit: qđ niſi ſe emendauerint
permittā eos modico tēpe incedere
ꝑ uiā uoluntatiſ ſue. Deinde
ducā eos ꝑ uiā ſimilē ſpinis: et
punctionibus acutiſſimis: a qua
ne diuertāt ſtatuam ſeruos meos
a dextris eoꝝ et a ſiniſtris: qui

prohibeat eoſ diuertere : et compellent incedere. Inde queadmodū corpus mortuū cadit i terra ſic aīe eoꝝ deſcendet ī infernū : et operientur penis inferni : tā profunde qd nunq̄ reſurget.

Xp̄us prebet audaciā ſponſe formidanti reprehendendi fiducialit̄ quoſdam religioſos ī peccatis grauib9 perſiſtentes : apud quos ipā hoſpitabatur : Dicens qd reprehenſio ſua nō imputabitur ei ad peccatū : Sed ad meritū : etiā ſi ipi ex hoc ſcandalizentur et indurentur . c. 8.

Cogitaſti o Sponſa apud te multotienſ ſic. Cum Deuſ meuſ ſit dominus omniū et omnia potenſ : et patientē ſuſtinuit proditorē ſuū : cur ego creatura ſua nō magiſ ſuſtineam habitantes mecum : ne forte ex admonitione uel reprehenſione mea deterioreſ fiant. Ad quā cogitationē reſpondeo tibi qd ex parte pia erat : ſed minuſ feruens. bonuſ enim miles inter maloſ conſtitutuſ uidēs offenſionē domini ſui : et ſi nō poteſt corrigere opere ſaltim de decore domini ſui loquitur. inde acceptiſ contumeliis patienter ſuffert. Sic tu loquere eiſ nunc fiducialiter exceſſus eoꝝ quia mihi nimiſ ex diuturnitate abhominabileſ ſunt . et quocūq; modo ex hoc ipi contra me indurātur nō tibi in peccatū reputabitur quia locuta eſ. Sed merceſ maior tibi accreſcet. Sicut enim apoſtoli multiſ predicabant : quiſ nō omneſ conuertebantur. et nihilominuſ merces eoꝝ nō minor erat. Sic erit et tibi quia et ſi nō omneſ audierint te : erunt tamen aliqui qui ex uerbiſ tuiſ edificentur et ſanentur. Dicito ergo eiſ qd niſi ſe emendauerint tā uelox et ſeueruſ ueniā eiſ qd omneſ qui audierint īgemiſcent : Omneſ etiā q experiuntur deficiet. iudicabo eīn eoſ quaſi fures confuſione ī enarrabili coram angeliſ et ſanctiſ omnib9 quia religioniſ habitū nō p meritum bn̄ uiuendo aſſumpſerant. In conſpectu meo ſunt qi fures poſſidētes bona que ſua non ſunt : ſed illoꝝ q bene uiuunt. et qi defraudatores iudicabo eos gladio meo qui omnia membra eoꝝ a capite uſq; ad pedes conſcindet. implebo q̊q; eos igne ebulliente et nō deficiente. Quia ſicut p̄r piuſ monui eoſ et nō audierunt. oſtendi eiſ uerba oriſ mei ſicut nunq̄ priuſ factū fuit et ſpreuerunt. Si enim uerba mea miſiſſē gentilibuſ forſitan recepiſſent : et peniteret eos. Propterea nō parcam eiſ nec recipiā pro eiſ preceſ dilecte m̄riſ mee : et ſanctoꝝ meoꝝ. Sed q̄diu ego ſum ī gloria qd eſt ſine fine ipſi erunt ī pena. Veꝝ tamen q̄diu anima ī corpore includitur tam diu miſericordia mea aperta eſt eiſ.

Mater dei narrat Sponſe dignitatem ſuā et beneficia que recipiunt ab ea

uniuersi, Dicit etiā modum et
suffragia per que aīa cuiusdā
principis defuncti pro quo ipā
sponsa orabat liberari posset ā
horribili purgatorio optimum
documentum. capitl̄ vacat.

Cxp̄us reuelat hic sponse q̄ abho-
minabilis ē corā deo presbiter
celebrans in peccato mortali: et
qualiter demones assistūt ei ī cele-
bratione misse: Et de eius gra-
uissima pena futura si nō conuer-
tatur. Capitulū .9.

Ile presbiter pro quo tu oras
est quasi forceps per quā aurū
uirtutis mee extrahetur. Ipē
est qi ouis degenerans nō curans au-
dire uocem matris. Cum accedit ad
altare meū astant ad latera eius de-
mones cuius et aīam ī habitant: qa
ipā est mortua ante me. Cum impo-
nit sibi super humerale demones ob-
umbrant animā eius ut nō cogitet
nec intelligat q̄ terribile ē accedere
ad altare meum. et q̄ mundus esse
deberet: q mihi mundissimo astare
debet. Cum induit se albam: du-
ritia cordis et ī deuotione induitū
Quia cogitat peccatum suū nō esse
graue. supplicium eternū futurum
nō magnum. et quale gaudium
ē eternum: numq̄ inuenit ī mētem
eius. Cum imponit sibi stolā diabo-
lus graue iugum imponit ī collo
eius: ita q̄d delectat eum peccati
dulcedo. et sic onerat animam eius
q̄d non sinit eum ingemiscere uel
considerare peccatum suum. Cum
imponit sibi manipulum omnia
opera ad deum fiunt sibi grauia
et onerosa et erubescibilia. Terrenā
aūt leuia. Cum autem cingit se
cingulo tunc ligatur uoluntas
eius cum diabolo ita q̄d uult et
proponit morari ī peccato. et
tunc dissoluitur caritas mea cum
eo quia uoluntas eius est ad omē
illud q̄d diabolus ei inspirat in
mentem nisi refrenaretur occul-
to iudicio meo. Cum induit se
casulam tunc perfidia induit
eum diabolus. Quando autem
legit confiteor demones respon-
dent mentitus est. nos testes sumus
Quod confessio eius est similis
inde. quia dicit aliud ore et
aliud habet ī corde. Cum ac-
cedit ad altare tunc ego auerto
faciem meā ab eo. De quocumque
aūt legit missam seu de matre
mea siue de sanctis sic mihi carū
est acsi meretrix menstruum
suū in uase positum offerret alicui
nobili ad bibendum. Aut si ali-
qs diceret inimico suo: Caue tibi
ego q̄ro damnū tuū. Quando
uero consecrat corpus meū tunc
fugiunt demones ab eo et cor-
pus remanet qi tinneus quia aīa
eius mortua est añ oculos meos.
Cum aūt corpus meum applicat
ad os suū ex presumptione illa
omnis turba demonum reuertit
ad eum quia caritatē nullā habet
ad me. Ego quippe sic misericors
sum q̄d si diceret cum contrito

corde: et emendationis proposito.
Domine pp tuā passionem et carita-
tem quam erga hominē habes indul-
ge mihi peccata mea. ego susci-
perem eum et nō reuerterentur de-
mones ad eum. Sed ipse stercus mu-
di habet ī ore. in corde aūt uer-
mes sunt saturientes. et ideo non
placet ei dulcedo uerboꝝ meoꝝ
ī corde cogitationes inutiles comedūt
eum ne cogitet aliqd de me. prop-
terea nunq̄ accedet ad altare me-
um. Quid aūt est altare meum
nisi illa celestis mensa et gloria
ī celis de qua angeli et sancti leta-
tur. hoc representat altare illud
ī ecclesia de lapidibus ubi cotidie
corpus meū ī cruce crucifixum
imolatur. Sicut olim in lege sa-
crificia illa representabant que
nunc aguntur ī ecclesia. Quid
notat mensa celestis nisi iubilatio-
nē et gaudium: hoc gaudium
nunq̄ experietur ipse in gloria
eterna. ante hoc altare meum nu-
q̄ stabit: neq; uidebit faciē meā.
¶ Filij aūt mei ipsi uidebunt faciē
meam. ego sum sicut uerus pelli-
canus quia proprium sanguinem
dabo eis. et reficio ī presenti et ī
futuro usq; ad satietatem. illum
aūt pascet aquila illa abhomina
bilis cuius consuetudo ē pullis suis
post satietatem aliquo tempore sb-
trahere necessaria: ita quod ma-
cies ex fame proueniens omni tpe
uite ipoꝝ apparet ī eis. Sic dia-
bolus ex delectatione sua ad tps
pascet eum ut postea famē gaudij sen-
tiat et durabit ī eo sine fine. Veꝝ
tamen cum uiuit misericordia mea
aperta ē ei si conuertatur. ¶ Mater
dei narrat sponse dignitatem su-
am: et bñficia que recipiunt ab
ea uniuersi. Dicit etiam modum
et suffragia: per que anima cuius-
dam principis defuncti pro quo
ipā sponsa orabat liberari posset
de horribili purgatorio. Optimū
documentum. Capitulū. 10.

EGO. SVM. CELI. REGI-
NA. EGO. MATER. MI-
sericordie: ego iustoꝝ gaudi-
um: et aditus peccatoꝝ ad deum.
Nulla etiā est pena ī purgatorij igne
que pp me nō remissior erit: et le-
uior ad ferendum q̄ aliter esset. Nul-
lus est adeo maledictus q. q̄ diu uiuit
careat misericordia mea. quia pp
me leuius temptatur a demonibus q̄ aliter
temptaretur. Nullus ita alienatus est
a deo: nisi omnino fuerit maledictus
qui si me inuocauerit non reuertatur
ad deum et habebit misericordiam.
¶ Ego enim quia sum misericors et a
filio meo misericordiam consecuta
ostendere tibi uolo quomodo ille ami-
cus tuus defunctus de quo doles salua-
ri post de septem plagis quas tibi fi-
lius meus dixit. Primo saluabitur ab
igne quem patitur pro luxuria. Si ali-
quis uellet secundum tres ordines
ecclesie. Coniugatoꝝ scilicet et uidu-
aꝝ et uirginum: unā feminā trade-
re nuptui pro aīa eius. Aliam religi-
oni. Tertiam q̄ posset stare ī uiduitate

Quia in luxuria grauiter : etiã in matri-
monio propriũ thorum excedendo : peccauit.
¶ Secundo quia in gula tripliciter pecca-
uit. Primo laute et ultra mensuram
commedendo et bibendo. Secundo pp
superbiã et ostentationẽ plura fer-
cula preparando. Tertio nimis diu
ĩ mensa sedendo. et opus dei preter-
mittendo. et ideo qui uoluerit colli-
gere ĩ honore dei qui est trinus et
unus. pp hanc triplicem gulam : tres
pauperes p unum annũ integrum ;
guberne : et ministret eis talia fer-
cula et eque bona qualia ipse persona-
liter comedit qui colligit eos. Nec
prius comedat ipse quam illos tres uiderit
comedisse : ut per hanc modicã expecta-
tionẽ deleatur illa longa mora quã
amicus tuus habuit sedendo ĩ mensa:
Insuper ministret illis tribus uestes
sufficientes et lectisternia prout eis
competere et expedire uiderit. Ter-
tio pro superbia quam habuit multi-
pliciter : debet qui uoluerit colligere
septẽ pauperes in qualibet septima-
na p unum annum quali die uolue-
rit et lauet pedes ipsorum humiliter
cogitando sic secum in corde dum
lauat eos. Domine iesu xpe qui cap-
tus es a iudeis miserere mei. aut ei.
Secundo domine iesu xpe qui ligatus
es ad columnã : miserere ei. Tertio.
Domine iesu xpe qui iudicatus es
innocens a nocentibus miserere ei.
Quarto : Domine iesu xpe qui propriis
uestibus exutus es et indutus uestib
derisoriis miserere ei. Quinto. Do-
mine iesu xpe qui ita grauiter fla-
gellatus es. ut coste tue uiderentur:
et non esse inter sanitas miserere ei.
Sexto. Domine iesu xpe qui colaphi-
zatus es : et consputus es miserere ei.
Septimo. Domine iesu xpe qui
ĩ stipite extensus es : cuius manus
pedes et caput fuit cruentatũ spi-
na. oculi fuerunt pleni lachrimis.
os et aures plene sanguine mi-
serere ei. ¶ Lotis autẽ paupe-
ribus reficiat eos ut melius po-
terit : et expedire eis uiderit.
et roget eos humiliter ut orent
pro anima illius. ¶ Quarto pecca-
uit ĩ accidia tripliciter. primo
fuit accidiosus in eundo ad eccle-
siam. Secundo ĩ querẽdo indulgẽ-
tias. Tertio ĩ uisitando loca sanctorum.
Pro primo igitur qui uoluerit uadat
ad ecclesiam semel ĩ mense p unũ
annum et faciat dici unam mis-
sam pro defunctis pro aĩa eius.
Pro secundo uadat quoties comode
poterit et uoluerit pro aĩa eius
spalr ad loca ubi dantur indul-
gentie : et ubi deuotiores eos audit
qui dant illas. Pro tertio mittat
oblationẽ suã per aliquẽ fidelem
et iustum ad precipuos sanctos
ĩ regno isto Suetie. ibi ubi conuen-
tus populi ex deuotione et causa
indulgentiarum fieri solet ut puta
Sancti Enrici et Beati Siffridi
et similium. et eum qui portat
oblationẽ fideliter remuneret pro
labore. ¶ Quinto quia pecca-
uit in inani gloria et letitia: col-
ligat : qui uoluerit omnes pauperes

qui sunt in curia eius. uel in uicinia
eius in quolibet mense semel pro unum
annum: et statuat eos in una domo
et faciat ante eos dici unam missam
pro defunctis. Quam cum incepit
sacerdos roget et moneat eos ut
orent pro anima eius. Dicta autem
missa reficiantur pauperes omnes
taliter quod recedant de conuiuio
leti ut defunctus letetur precibus
eorum: et pauperes letentur de
refectione. // Sexto quia usque ad
nouissimum quadrantem soluet debi-
ta et morabitur in pena. Scire
debes quod circa finem suum et in
fine uoluntatem habuit: licet non
ita feruentem ut deberet soluendi
debita sua. propter quam uoluntatem
in statu saluandorum est. Ex quo
perpendere potest homo quanta est
misericordia filii mei. Qui pro tam
modico dat requiem. et nisi illam
uoluntatem habuisset ipse sine fine
dampnatus fuisset. ideo debent pa-
rentes sui qui in bonis suis successe-
runt habere uoluntatem soluendi et
soluere debita sua quibuscumque no-
uerint debere. et quibus soluunt
debitum suum rogent eos humi-
liter ut indulgeant anime eius si da-
mnum ex longa expectatione incur-
rerint. Alioquin dicti parentes
Nota defuncti peccatum illius portabunt
si non soluerint. Deinde cuilibet
monasterio in regno mittat oblatio-
nem qualem uoluerit et faciat dici
unam missam in conuentu publice.
et antequam incipiatur missa roget

pro anima eius ut placatus sit ei deus.
postea dicatur una missa pro de-
functis in qualibet ecclesia parro-
chiali in qua bona sua habuit quam
sacerdos presente populo cantet.
et antequam incipiat cantare dicat
populo ista missa celebranda est pro
anima talis persone defuncte. Rogo
uos per nomen Christi ut si aliquid contra
uos uerbo uel facto uel mandato de-
liquit indulgete ei. et sic accedat
ad altare. // Pro Septimo scilicet
quia iudex fuit et iudicium suum
commisit uicariis iniquis: propter quod est
in manibus demonum. Verumtamen quia
contra uoluntatem eius erat ut iniqua
agerent: licet minus curabat et atten-
debat quam deberet: liberari potest si
habebit auxilium: Sed per quale
auxilium: utique per Sanctissimum corpus
filii mei quod quotidie imolatur in altari.
Panis enim ille qui in altari ponitur
ante uerba illa hoc est corpus. meum
panis est. sed post uerba dicta uerti-
tur in corpus filii mei quod de me
sine macula sumpsit: quod crucifi-
xum est. Tunc pater honoratur et
adoratur in spiritu. ex membris fi-
lii. filius exultat in potentia et ma-
iestate patris. Mater eius que ego
sum honoratur ab omni creatura
celesti que eum peperi. Omnes angeli
conuertunt se ad eum et adorant
ipsum: anime iustorum gratias referunt
quod per eum redempte sunt. O quam
horrendum est miseris qui talem et
tam dignissimum dominum indignis
tractant manibus. Hoc ergo corpus

quod pro caritate mortuum est potest eum liberare . ideo dicatur una missa de qualibet sollempnitate filij mei . scilicet . Vna de natiuitate . Vna de circumcisione . Vna de epiphania : Vna de corpore Christi . Vna de passione . Vna de pasca . Alia de ascensione . et Vna de pentecoste . Item una missa de qualibet sollempnitate que in honore meo celebratur . Item nouem uero misse in honore nouem ordinum angelorum . Que misse angelorum cum celebrantur nouem pauperes colligantur quibus uictus et uestitus ministretur : ut angeli quibus ad custodiam datus fuit et quos multipliciter offendit per hanc modicam oblationem placari possint : et animam eius deo suo offerre ualeant . Deinde una missa generaliter pro omnibus defunctis dicatur ut ipse per eam requiem obtineat : et ipsa cum eis digna requie habeatur.

¶ Mater dei monet Sponsam quod semper recordetur dolorose passionis Christi : Quia in illa hora passionis omnia quasi conturbabantur scilicet deitas et humanitas : et ipsa mater eius : Angeli : et omnia elementa et omnes anime uiuentium et mortuorum : et etiam demones . C. 11.

Mater loquitur ad Sponsam dicens . In morte filij mei omnia conturbabantur : Nam deitas que filium tradidit in morte : et numquam ab eo separabatur : nec in morte : in illa horula mortis tamquam compatiens uidebatur : licet nullum dolorem uel penam deitas pati posset : quia impassibilis et immutabilis est . Filius ipse patiebatur dolorem in omnibus membris etiam in corde . Qui tamen secundum deitatem erat immortalis . Anima etiam eius que immortalis erat patiebatur quia exiuit de corpore . Congregati angeli qui turbati uidebantur cum uiderunt deum in humanitate pati in terra . Sed quomodo turbati possunt angeli qui immortales sunt . Utique sicut iustus cum uideret amicum suum pati aliqua de quibus consequeretur maxima gloriam . Et gaudent quidem de gloria eius adipiscenda . Sed tamen propter passionem quasi quodamodo contristarentur . Sic angeli qui contristabantur de pena eius cum tamen sint impassibiles . Sed gaudebant de gloria eius futura : et utilitate ex passione eius prouentura . Omnia quoque elementa turbabantur : et sol et luna amiserunt splendorem suum . Terra tremuit : lapides scindebantur . et sepulchra aperiebantur in hora mortis filij mei . Omnes gentiles turbabantur ubicumque erant : quia in corde eorum uenit quedam punctura doloris . licet nescirent unde esset . Tribulabatur etiam cor crucifigentium eum in illa hora : sed non ad gloriam eorum . Adhuc etiam immundi spiritus turbabantur in illa hora et qui in unum congregati turbabantur . Illi autem qui erant in limbo abrahe multum turbabantur .

In tantum quod maluissent in eternum esse in inferno: quam talem penam in suo domino uidere: Ego autem que tunc eidem filio meo astabam uirgo et mater eius: qualem dolorem tunc patiebar: nullus potest considerare. Ideo filia mea recordare passionis filij mei. fuge instabilitatem mundi: qui non est nisi quidam uisus et flos cito arescens. ℭ Mater dei dicit Sponse: Quod ipsa similis est aluearia apum: quia illa benedicta apis celestis scilicet filius dei repleuit eam melle dulcissimo Quando descendit in utero eius sic copiose quod ex illa dulcedine omnis sapor uenenatus a nobis sublatus est. C. 12m.

B EATA VIRGO LOquebatur ad Sponsam dicens: Sponsa filij mei tu salutabas me et comparabas alueario apum. ego certe fui apis. Nam corpus meum fuit quasi lignum solum in utero matris antequam anime coniungeretur. fuit et corpus meum post mortem meam quasi lignum separata anima usque quo meam animam deus cum corpore ad deitatem sublimauit: hoc lignum factum est aluearium. Quando illa benedicta apis filius dei traxit se de celis: et deus uiuus descendit in corpus meum. In me denique fuit quidam dulcissimus et subtilissimus fauus qui preparatus erat omnibus modis et accessionibus ad suscipiendum dulcissimum mel gratie spiritus sancti. Hic fauus tunc impletus est quando filius dei uenit in me cum potentia et caritate et honestate. Venit cum potentia quia dominus et deus meus erat. Venit cum caritate quia pro caritate quam ad animas habuit carnem assumpsit et crucem. Venit cum honestate quia omne peccatum ade segregatum fuit a me: unde filius dei honestissimus honestissimam carnem assumpsit. Sed sicut apis habet aculeum cum quo tamen non pungit nisi inuita et prouocata: Sic filius meus habet seueritatem iustitie: quam tamen non exercet nisi quando est a peccantibus prouocatus. huic api male retributum est. Nam pro potentia traditus est in manus iniquorum. Pro caritate datus est in manus crudelium. Pro honestate nudatus est et immisericorditer flagellatus. Benedicta sit ergo apis illa que de ligno meo fecit sibi apiarium: et impleuit eum melle suo sic copiose ut de dulcedine mihi data: sapor ille uenenatus de ore omnium auferretur. ℭ Xpus monet Sponsam quod omne tempus dispenset secundum uoluntatem dei. Nec aliquid faciat: nisi quod deo placere credat. et quod semper habeat uoluntatem standi in seruitio dei: et mentem iugiter eleuet ad celestia. Corpus quoque suum fatiget in presenti taliter quod possit resurgere ad futuram gloriam: C. 13m.

LOQUITUR FILIUS AD sponsam tu debes hře tria. Primo nō ire nisi ad uoluntatem meā: Secundo nō sedere nisi ad honorē meum. Tertio non stare debes nisi ad utilitatem sponsi. Tunc aūt uadis ad uoluntatē meam: quando omne tempus tuum dispensas ad uoluntatē meam. quando non comedis nec dormis nec aliud quicq̄ facis nisi sicut mihi placere intelligis. Stas aūt firmiter cum uoluntatē hēs standi in seruitio meo. Sedes uero tunc quando mentē tuam iugiter ad celestia eleuas considerando qualis gloria sanctoꝝ et uita sempiterna. ¶ His ergo tribus alia tria debes addere: primo debes desponsata ēē sicut uirgo desponsanda que cogitat sic apud se: Omnia que possum de bonis patris mei que casura sunt congregabo mihi: ad sponsum meū cum quo debeo esse in necessitate et aduersitate. Sic et tu facere debes quia qⁱ pr̄ tuus corpus tuū est. Ad hoc enim omnem laborē quē poteris ī pauperes et alia bona exigere debes: ut mecum qⁱ cum sposo letari possis: quia corpus tuū casurū est. Nec ei parcendum est ī pn̄ti ut in futuro resurgat ad meliorē uitam: Secundo cogita tecum sicut bona uxor cogitat secum. Si uir meus diligit me cū debeo sollicitari Si pacificus est mihi quem tunc hēo timere: ideo ne irascatur mihi exhibebo ei omnē honorē et stabo semꝑ ad uoluntatē eius. Tertio cogita tecum qđ sponsus tuus est eternus et ditissimus cum quo habebis honorē perpetuū: et diuitias eternas: et ideo noli diligere casura ut optinere possis eternalit̄ sꝑ mansura.

¶ Xpus declarat sponse qualiter ipe fecerat per angelum eam more paruuli enutriri ī uita spūali et uirtutibus. et iteꝝ recomendat eam angelo. Narrat etiam qualiter sancta deceptione deduxit eam de mundo ad quietis portū et precipit qđ omnes tentationes reuelet suis patribus spiritualibus: et habebit finē perfectum. capitulum. 19.

QUIDAM ANGELORꝜ loquebatur ad deum dicēs. Laus tibi sit Domine mi ab omni exercitu tuo pro omni dilectione: Tu assignasti custodie mee hanc sponsam hic stātem ecce iteꝝ ipam tibi reassigno. ego enim alliciebam eā ad te qⁱ paruulā: primo dando pomum. deinde comesto pomo: dixi ei sequere me filia amplius dabo tibi uinum dulcissimū quia in pomo nō est nisi modicus sapor; in uino uero dulcedo et animi exultatio: gustato aūt uino dixi iteꝝ ei. ad eam procede adhuc ulterius et dispono tibi qđ est in eternum in quo est omne bonū. His dictis dixit dominus ad sponsam iterum

eſt quod ſeruuſ meuſ te audiēte
loquebatur : ipſe utiq; quaſi ꝑ
pomū alliciebat te. tunc ad me
quando cogitabaſ tecum omnia
eſſe á me que habebaſ & regratia-
bariſ mihi ſoli pro eiſ. Quid ſicut
ī pomo non eſt niſi ſapor quidā
& modica ſatietaſ ſic tunc tempōis
nō multum ſapiebat tibi caritaſ
mea : niſi quaſi quidam ſapor
cognitioniſ dei eſſe ī corde tuo.
Tunc uero ulteriuſ proceſſiſti quā-
do cogitaſti tecum ſic. Gloria dei
eſt eterna : & mundi letitia nimiſ
breuiſ & in fine mundi nimiſ
inutiliſ. Quid mihi prodeſt qđ
iſta temporalia ſic diligam. ex
tali cogitatione cepiſti uiriliter
abſtinere ā delectationibuſ mūdi.
& facere bona q̄ poteraſ : in no-
mine meo : & tunc qī deſiderio
affecta uini ampliuſ me ſitiſti.
Deinde cum cogitaſti me eſſe om-
nipotentē dominum á quo eſt
omne bonum & reliquiſti uolunta-
tē tuā : faciendo meam : tunc iu-
re facta eſ mea : & conſenſi ite
& feci te eſſe meā. Quo dicto
dixit dominuſ ad angelum.
Serue meuſ tu diueſ eſ in me
honor tuuſ eſt eternuſ. igniſ ca-
ritatiſ tue inextinguibiliſ. Virtuſ
tua indeficiens. Tu aſſignaſti
mihi ſponſam meam : ſeduolo
qđ cuſtodiaſ eam adhuc donec
uenerit ad etatem : cuſtodi eā
ne diabolus aliqua ī caute ſibi
obiciat : prouide ſibi ueſtes
uirtutū. ueſteſ totiuſ pulchritudiniſ.
Ciba eam uerbiſ meiſ que ſunt tamq̄
carneſ recenteſ quibuſ ſanguiſ melio-
ratur. Caro infirma conualeſcit
& delectatio bona ī aīa excitatur.
ego enim feci iſti ſicut aliquiſ ſo-
let facere amico ſuo quē pro carita-
te & bono ſuo captiuat. Dicit enī
ei captiuanſ. Amice ingredere ī
domum meā & uide ibi que agūtū :
que tibi ſunt facienda : Quo ingre-
diente non oſtendit ei captiuator
uiliſſimoſ ſerpentes & ferociſſimoſ
leoneſ qui habitant in domo : ne
terreatur amicuſ. Sed ī conſolatio-
nem amici facit ſerpentes uideri
qī ſunt oueſ manſuetiſſime : leoneſ
qī oueſ pulchraſ dicenſ amico ſuo.
Amice ſcito qđ diligo te & pro
bono tuo captiuaui te ideo q̄cumq;
uideriſ dic amicis meiſ ipi enim cu-
ſtodient te & conſolabuntur te : ita
qđ meliuſ placebit tibi captiuitaſ mea
q̄ propria libertaſ tua. Sic filia
dilecta ſimili modo feci ego tibi : ego
enim qī captiuaui te cum á delecta-
tione tua reuocaui te ad amorē
meū : cum á mundi periculiſ uocaui
ī hunc quietiſ portum. in quo tu
quoſ putaſ eſſe uirgineſ per continē-
tiam ueraciter leoneſ ſunt ꝑ ma-
litiā. Quoſ tu crediſ oueſ ꝑ diuinā
contemplationē hi qī ſerpentes gradi-
untur in uentreſ gule & cupiditatiſ.
Ideo q̄cumq; uideriſ & audieriſ non
ad alium referaſ : ſed ad amicoſ meoſ
qui te cuſtodiunt & inſtruunt : Quia
ſpūs qui te duxit ī portum ipſe te

ducere ad patriam. et qui te duxit
ad principiū bonum ipſe te ducet
ad meliorem finem. ¶ Xp̄us dicit
ſponſe q̄d prelati et litterati q̄
de ſcientia gloriantur et ditantū
et male uiuunt comparantur
meretricibus et portatoribꝫ uini
qui ſe ip̄os et alios ī peccatis pre-
cipitant: cum tunc deberent eſſe
magis uirtuoſi q̄ alii. Occurret
tamen ip̄e cum miſericordia cui-
libet ſe conuertenti. Sicut pr̄ exul-
tans adepto filio. C.15.

ILLE PRELATUS: PRO
quo tu oras iam auertit ocu-
los ſuos a me: et uertit ſe
ad mundum cum ornatu dignitatis
ſue. Si enim uellet eſſe meus reſpi-
ceret me. quotidie legeret librum
meum attentius et non ſic ſollicite
cogitaret ī lege que dicitur eccl̄ie.
Cū illā reſpondit: Nunquid non do-
mine mi eſt lex tua lex eccleſie?
et dominus reſpondit: Lex mea erat
q̄ diu mei legerunt eā et pp̄ me
legebatur. nunc aūt non eſt mea
quia leg̃r iam in domo taxillatoꝝ
qui tres punctos ſup unum taxillum
iaciunt. Quia pro modica iuſtitia
q̄ in lege eccleſie inueniunt ma-
gnā ſummam pecunie acquirunt.
Nec leg̃r iam pro honore meo ſed ad
finē illum quo pecunia acquiratur.
In domo autem ludentiū ad taxillos
ſunt meretrices ſunt potatores uini.
tales nunc legunt legem meam. tales
nominantur ſcientes. Sed uere ſunt
inſipientes. Quid enim facere ſolet

meretrix utiq̄ ſolet eſſe procax
in uerbis: leuis in moribus. pulchra
facie: ornata ueſtibus. Tales
ſunt iam qui legunt et addiſcunt
legē meā. Scurrilitas eſt in uerbis
eoꝝ. nunq̄ aperitur os eoꝝ ad
predicationem meam: nunquam
ad laudē meā: leues ſunt ī mo-
ribus. ita q̄d etiam ſeculares eru-
beſcunt de moribus eoꝝ. Nec ſo-
lum ſe ip̄os precipitant immo
et alios ſecum exemplo ſuo tra-
hunt: ipſi enim nihil affectant
niſi uideri a mundo et laudari.
honeſti et honorati incedere ue-
ſtibus ſuis. Diuitias et honores
acquirunt: uerba mea et precep-
ta ſunt eis amara: uita et uia
mea eſt eis abhominabilis. Ve-
re conuerſatio ~~eoꝝ~~ eoꝝ et uita
ſic fetet in conſpectu meo quaſi
meretrix. Quia ſicut prealiis
mulieribus uilior et abiectior
uidetur meretrix: ſic ipſi pre-
aliis ſunt mihi odioſi: Dicunt
enim et gloriantur ſe ſcire legē
Sed alioꝝ deceptionem et ſuam
uoluntatem. In domo etiam mea
ubi lex leg̃r ſunt potatores uini
et incontinentes: quoꝝ gloria ē
prealiis excedere et naturā ad
ſuperflua irritare. Tales nunc
ſunt magiſtri legis qui gaudent
ad ſuperflua. De exceſſibus ſuis
modicum uerecundantur: De
alioꝝ peccatis minime cōtriſta-
tur. Veruntn̄ ſi bene legerē
legem meā in uenirent ſe p̄aliis

debere esse continentiores: prealiis humiliores: prealiis ad bene uiuendum obligatiores. Ego autem sum qui potens dominus amans multarum ciuitatum oues. Qui quamuis potens est: non tamen recipit alicuius alterius ciuitatis oues: nisi quas tenetur ex iustitia habere. Sic ego qui omnium creator sum et potentissimus: non tamen recipio aliquos nisi quos ex iustitia teneor habere: et qui ex caritate se cognoscunt esse meos. Verumtamen quicumque a me errauerit: et ad me redire uoluerit: et uocem meam audire saluari potest: Numquid non ouis uagabunda a proprio grege et alteri commista si audit balatum matris festinantem currit ad matrem. et similiter cum mater audit uocem partus sui toto conatu currit in occursum eius. ita quod si potestate libera est non obstat labor non pena: quin currat. Sic ego omnium creator libenter suscipio eum qui uocem meam audit. et gaudenter occurro ei tamquam pater exultans de adepto filio perdito: et quasi mater gaudens de reductione agni sui. ¶ Quidam Sanctus dicit Sponse quod etiam si homo semel quotidie moreretur pro deo non sufficeret regratiari deo pro gloria eterna. Narrat etiam penas terribiles quas quedam femina defuncta pro delectatione carnis in qua uixerat patiebatur in omnibus membris. Capitulum 16.

Quidam Sanctorum loquebatur Sponse dicens. Si pro qualibet hora qua in mundo uixi unam mortem pro deo sustinuissem et semper iterum reuixissem numquam cum toto hoc plene possem regratiari deo pro caritate sua: Quia laus eius numquam recedit ab ore meo. Gaudium numquam exit ab anima mea. Gloria et honor numquam fraudantur a uisu. Exultatio numquam abest ab auditu meo. Tunc dominus ait ad eundem sanctum. Dic inquit isti Sponse astanti: quid merentur illi qui de mundo plus curant quam de deo. Qui creaturam plus diligunt quam creatorem. et quale supplicium nunc illa femina habet: que in mundo dum uiueret in uoluptate tota uixit. Respondit ille Sanctus. Supplicium eius grauissimum est nam pro superbia quam in omnibus membris habuit. Caput eius et manus: brachia et pedes quasi fulmine horrendo inflammantur. Pectus eius pungitur quasi pelle ericii. cuius spine quasi carni eius infiguntur: et inconsolabiliter pungendo premunt. Brachia eius: et reliqua membra que ipsa ad amplexum hominis tam suauiter extendebat sunt duo serpentes qui circumuoluuntur ei et inconsolabiliter deuorando laniant eam: et in laniando non fatigantur. Ventrem eius sic miserabiliter torquetur ac si naturali membro eius palus

acutissimus esset infixus. et toto conamine fortissime impelleretur ut amplius ingrederetur. Crura eius et genua sunt quasi glacies durissima et inflexibilis nihil habentia de requie: nec nihil de calore. Pedes quoque eius: quibus ad delectandum se ferebat: et alios secum traxit sunt quasi super nouacula acutissima secantia incessanter.

Mater dei docet Sponsam qualiter resistendo respondeat diaboli sugestionibus cupiditatis et amicitie mundialium et luxurie. Qualiter etiam anima que est coniuncta deo per caritatem licet inquietetur per cogitationes uarias: Sed tamen resistit non inputatur ei ad peccatum: sed ad meritum: capitulum. 17.

a bono incepto et a caritate dei cito euertitur. Aut sugestione diaboli: aut contrarietate mundi. Aut ab amore eius uana i utiliter cōcupiscēdo. // Propterea non bona arbor est ille homo de quo nunc tu cogitas: huius capitalis radix fracta est scilicet fiat uoluntas tua sicut i celo et i terra. Ipē enim assumpsit continētis uite austeritatem: sed refriguit i eo caritatis ardor. hunc ego iuui pp preces matris mee. quia habuit tria: paupertatem in diuitiis: infirmitatem in membris. Defectum in scientia. hec fuit uoluntas mea. Qđ si patienter in his tribus stetisset haberet eternā habundantiam. haberet eternam sanitatē et pulchritudinē: haberet et cognitionē et uisionē dei. Et ad hec optinēda ego iuui eum dando ei spiritualem fortitudinē. inspirando ei uoluntatē meam. Sed uoluntas eius est uoluntati mee contraria. Tepide requirit auxilium: Angustiatur enim de paupertate non pp me. Sed pp utilitatē suā angustiatur et de infirmitate nē patiāt dolorē. Angustiatur de defectu scientie ne ab aliis contemnatur. Ideo ex occulta scientia mea tria hec ex quibus turbabatur optinuit ad uoluntatem suam. Habet quippe nē maiorē habundantiā q̄ prius necessitatis corporalis. habet et maiorem scientiā: habet et maiorē reputationem. Propterea cum talpa diabolica tangit eum cum tentatione: timendus est ei casus. quia uoluntas capitalis fracta est: et ideo si amor mundi incaluerit statim arescit a bono et procedit ad cupiditatē. Si uero ingruerit tribulatio angustiatur ab omni parte sicut arbor concussa uento i nullo stabilis et ad omnia querelosus. Si uero afflauerit honor nonnimus sollicitabitur quomodo omnibus placeat. Quomodo ab omnibus possit uocari bonus et ad ingruentia possit occurrere sapienter. Ecce quanta instabilitas prouenit ex instabilitate radicis uitiate. Quid autē ego facturus sum: ego sum quasi bonus ortulanus i cuius orto multe sunt infructuose arbores et pauce bone. Si abscindantur penitus ille bone arbores quis tunc intrabit ortum. Si uero omnes infructuose arbores radicitus euellant: nimis deformis apparebit ortus ex fossis et suffossione pulueris. Sic ego si omnes bonos ad me de carne educerē quis tunc ingrederetur sanctam ecclesiam. Si uero omnes malos i uno puncto auferrem: tunc nimis deformes fosse appareret i orto: et tunc omnes seruirē mihi ex timore pene: et nō ex amore. ideo ego facio sicut bonus insitator qui surculum arido trunco inserit: quo crescente et firmiter radicato illud quod aridum est proicit i ignem. Sic ego faciam: Plantabo grā

mihi plantatione : dulcedinis : et surculos uirtutum. Quibus succrescentibus abscindam quod aridum est et proiciam in ignem. et purgabo ortum meum : ne aliquid infructuosum remaneat : quod ramos nouellos et fructificantes possit impedire.

Videbatur ei sponsa in iudicio diuino unus demon et una anima consimilis forme horribilis a qualiter dampnabatur illa anima quia semper perseuerauerat in malo et non in fine penituit et qualiter xpistus est caritatiuus et pius bonis et discretus malis. et qualiter alia anima ascendebat ut stella clarissima. Capitulum — xxxi —

VIDEBANTVR A Sponsa in diuino iudicio stare quasi duo demones consimiles in omnibus membris. Quorum ora erant aperta quasi luporum. oculi quasi uitrum intus ardens flamantes. Aures dependentes quasi canum. Venter tumidus et nimium protensus. Manus quasi grifis. Crura sine iuncturis. Pedes erant quasi mutilati et quasi ad medium abscisi. Tunc unus eorum ait ad iudicem Iudex iudica hanc animam mihi consimilem istius militis mihi in coniuge ad meam coniunctionem. Respondit iudex. Dic qualem iustitiam et rationem habeas ad eam. Respondit demon ego quero a te : Primo quia iustus es : Non ne ubi animal aliquod simile inuenitur alii : solet dici : hoc animal leonini uel lupini generis uel aliquid huius modi. Nunc ego quero cuius generis sit anima ista aut cui similis angelis uel demonibus. Cui ait iudex non est similis angelis sed tibi et tuis consimilibus sicut satis patet. Tunc quasi deridendo ait Demon. Cum hec anima de ardore inductionis idest caritatis tue creata fuit similis erat tibi : nunc autem contempta tua dulcedine facta est mea triplici iure. primo quia similis est mihi in dispositione. Secundo quia similem gustum habemus. Tertio quia unam habemus ambo uolumtatem. Respondit iudex. Licet ego omnia scio tamen propter istam Sponsam meam que astat Dic quomodo similis est tibi dicta anima in dispositione : et Demon ait. Sicut conformia habemus membra : sic etiam conformes habemus actus : nos enim habemus apertos oculos nihil tamen boni uidemus. ego quippe nihil uolo uidere : quod ad te et tuam dilectionem pertineat. sic nec ipsa uidere uoluit cum potuit quod ad te et salutem anime pertinere. Sed sola temporalia et delectabilia attendebat. Nos et habemus aures sed non audimus ad profectum nostrum. Sic et ista nihil quod ad honorem tuum pertinuit audire uoluit. et mihi similiter omnia tua amara sunt ideo uox dulcedinis et bonitatis

tue numquam intrabit in aures nostras. ad consolationem nostram et profectum. Nos hemus ora aperta sicut quia sic ipsa os suum apertum habuit ad omnia mundi suavia. sed clausum ad te et ad honorem tuum: Sic et ego habeo os meum apertum ad offensionem tuam et turbationem et numquam continere illud a malo tuo si possibile esset te turbari vel a gloria immutari. // Manus istius quasi grifis quia quicquid de temporalibus optinere potuit usque ad mortem tenuit et tenuisset diutius si permisisses eum vivere ulterius. Sic et ego omnes qui in manus potestatis mee veniunt tam firmiter tenerem quod numquam relinquere nisi ex iusticia tua auferrentur a me invito. // Venter eius tumidus est quia cupiditas eius protendebatur absque mensura: implebatur enim et non satiabatur. Tanta quippe fuit cupiditas eius quod si sola totum mundum optinere potuisset libenter laborasset: et adhuc supra in celis regnare voluisset. Consimilem est cupiditatem habeo ego nam si omnes animas in celo et in terra et in purgatorio solus optinere possem libenter rapere: et si superesset una sola anima: hanc propter cupiditatem meam non dimittere liberam a tormento. // Pectus quoque eius frigidissimum est sicut et meum quia nullam caritatem habuit ad te: et numquam sapiebant ei monita tua: Sic ego nulla caritate afficior circa te: immo ex invidia quam habeo ad te libenter me amarissima morte semper occidi permittere et semper ad idem renovari supplicium adhoc ut tu occidereris si possibile esset te occidi. // Crura etiam nostra sunt sine iuncturis quia voluntas nostra una est. Nam a principio creationis mee voluntas mea statim movebatur contra te et numquam volui illud quod tu. sic eius voluntas semper fuit tuis preceptis contraria. // Pedes nostri quasi mutilati sunt: quia sicut cum pedibus proceditur ad corporis utilitatem sic cum affectu et opere bono proceditur ad deum. Sic ista numquam voluit procedere ad te cum affectu nec opere sicut nec ego. Ideo in omnibus sumus consimiles in dispositione membrorum. habemus etiam similem gustum quia licet sciamus te summe bonum non tamen gustamus quam dulcis et bonus es. ergo sicut similes sumus in omnibus sic iudica nos ad coniunctionem. Tunc respondit domino unus angelorum dicens. Domine deus postquam ista anima corpori iuncta fuit ego semper eum sequebar nec separavi me ab ea quamdiu in ea aliquid boni repperi nunc autem relinquo eam quasi succum vacuum: ab omni bono. Ipsa deniq habuit tria mala. Primo quod verba tua reputabat pro mendacio. Secundo tenuit tua

iudiciū pro falſitate. Tertio miſeri-
cordiā tuam habuit pro nihilo.
Immo hec miſericordia tua quaſi
mortua fuit ante eam. Iſta aīa
fuit et in coniugio nec habuit
niſi unam uxorem. et nō ſe mi-
ſcuit alteri femine. et hanc fide-
litatē matrimonij ip̄e ſeruauit.
nō pp diuinā caritatē et timo-
rem. Sed quia ſic tenere dilige-
bat carnē illam uxoris quod nō
affectabat cum alia carne coppu-
lari. Audiebat quoq; miſſas et
interfuit diuinis non pp deuo-
tionem ſed ut non eſſet ſegrega-
tus et ne notaretur ab alijs chri-
ſtianis. Acceſſit et cum alijs ad
ecclesiam hac intentione et ea rōe
ut ei dares ſanitatē corporis
diuitias mundi et honores. nec
non et ut conſeruares eum a ca-
ſu quod ab hominibus infortuniū
appellatur. Domine huic aīe to-
tum retribuiſti ī mundo et pluſq̃
ſeruiuit. Nam dediſti ei filios
formoſos. dediſti ſanitatē corpōis
et diuitias. Seruaſti eum ab infor-
tunio quod timuit. dediſti ei ex
iuſtitia effectum cupiditatis ſue.
in tantū q̄d pro uno centum re-
pendiſti ſibi et nihil ī remuneratū
remanſit. ideo relinquo eam nūc
uacuam ab omni bono. Tunc
Demon reſpondit ergo: index
quia ſequebatur uoluntatē meam
et ī centuplum rependiſti ei omē
q̄d debebat hrē a te. Ideo iudi-
ca nos ad coniunctionē. Numquid
nō in lege tua ſcriptū eſt. Quod ubi
una uoluntas et unus ſenſus matri-
monialis fuerit ibi coniunctio legalis
fieri poteſt: Sic inter nos eſt. Sua
enim uoluntas ē mea: et mea eſt
ſua. cur ergo a coniunctione mutua
defraudamur. Reſpondit iudex
Aperiat aīa uoluntatē ſuā. qualitē
ſibi de coniunctione tua uidetur. Que
reſpondit iudici. Magis uolo eſſe ī
pena inferni q̃ uenire ī gaudium
celi ne tu deus habeas de me conſo-
lationē: tantum enim mihi odioſus
es quod minus curo de cruciatu
meo ſi tu nō conſoleris. Tunc De-
mon ait ad iudicem: Talem uolun-
tatem habeo etiam ego: mallem qp-
pe ī perpetuum cruciari q̃ uenire
in gloriam tuā ad hoc ut hrēs inde
conſolationem. Tunc Iudex ait ad
animā voluntas tua eſt iudex tuus
et ſecundum hanc iudicium ſuſtine-
bis. Et tunc iudex conuerſus ad
me q̄ hec omnia uidebā dixit mihi.
Ve iſti quia peior fuit latrone
habuit enim animam ſuā uenalē.
Carnis ſitiuit ī munditias. Proximū
ſuū defraudauit. Ideo uoces hominū
clamāt ſuper eū uindictā. Angeli
auertūt ab eo faciē: Sancti fugiūt
conſortiū eius. et tunc demon ap-
propinquans ad animā illā ſibi ſi-
milem dixit: O, iudex ecce ego et
ego. ego quia malitia mea malus
et non redemptus nec redimendus.
Iſte uero eſt quaſi alius ego quia
redemptus et aſſimilauit ſe mihi
obediendo magis mihi q̃ tibi: Ideo

indica eā mihi. Cui iudex: ſi tu
inquit adhuc humiliares te ego da-
rem tibi gloriā: et ſi aīā iſta in ul-
timo puncto uite petiuiſſet ueniā
cum propoſito emendandi numq̄
ſtaret ī manibus tuis. Sed q̄a perſe
uerando uſq; ad finē obediuit tibi
ideo iuſtitia eſt ut eternaliter ſit
tua. Ve᷑tn̄ bona q̄ fecit ī uita ſua
ſi tamen aliqua ſunt reſtringent
malitiā tuā ne poſſis eam cruciare.
q̄tum uelis. et demon: ergo mea
eſt: ppt̄ea ſicut dici ſolet: caro eius
erit caro mea. licet carnalis nō ſit.
et ſanguis eius ſanguis meus erit.
et multum letari uidebatur de hoc.
diabolus et cepit plaudere manib;.
Cui dixit iudex. Quare tantum
letaris? et que letitia eſt tibi de
anime perditione. dic audiente
iſta Sponſa mea: q̄aſtat. quia licet
ego omnia nouerim: tn̄ ppt̄ iſtā
Sponſum que ſpūalia abſq; ſimili-
tudine capere non pot̄: reſponde.
Tunc Demon ait: cum aīā iſta
ardet ego plus et plus atrocius
ardeo: et cum eā incendero ego
magis incendor. ſed quia redemiſti
eam ſanguine tuo et tantū eam
dilexiſti ut te ipm̄ deum pro ipā
te dares et tamen eā decipere po-
tui in hoc ego gaudeo. Reſpondit
iudex: Malitia tua magna eſt:
Sed circumſpice: permitto enim te
uidere. Et ecce ſtella pulcher-
rima aſcendebat ad ſuperiora celi.
Et uidens hanc demon obmutuit.
cui dixit Dominus. Cui eſt illa

ſimilis. Reſpondit: Ipā eſt ſple-
didior ſole: ſicut ego nigrior
fumo. illa ē plena omni dulce-
dine et dilectione diuina. et
ego plenus ſum omni malitia
et amaritudine. Et Dominus.
Quomodo ſedet hoc ī aīō tuo
et quid dare uelles ad hoc q̄d
ipā daretur ī poteſtate tuā.
Reſpondit Demon: Omnes
aīās que ſunt ī inferno ab
adam uſq; ad hanc horam
libenter darē pro ea. et adhuc
tā amarā penam pati uellē.
tamq̄ ſi cuſpidem gladiorum in-
numerabilium infigeretur ī
una columna cuſpis iux̄ cuſ-
pidem tā dempſiſſime ut non
eſſet diſtantia unius acus inter
cuſpides. et ego inter hec liben-
ter tranſirem á ſummo celi uſq;
ad infernū: ut illa ſtella daret̄
ī poteſtate mea. Reſpondit
Dominus: malitia tua magna
eſt ad me et ad electos meos.
Ego aūt ſum ſic caritatiuus
Quod ſi eſſet poſſibile me
uicibus mori libenter unū tale
ſupplicium paterer pro una q̄q;
anima et pro uno quoq; ſpū
ī mundo: quale ſemel paſſus
ſum ī cruce pro omnibus aīab;
ita ut nō remaneret unus
ſpūs ī mundus. Sed tu ita im-
mundus es quod non uis quod una
ſola anima ueniret ad me.
Tunc Dominus ait ad illam
bonā animā: q̄ uidebatur ut

stella. Veni electa mea in gaudium qđ desiderasti. Veni ĩ dulcedinem q̃ nunq̃ finietur. Veni ad deum tuū et dominū quem toties desiderasti. Ego dabo tibi meipm ĩ quo est omne bonum et omnis dulcedo. Veni ad me de mundo: qui similis est dolori et pene: quia ĩ eo non est nisi miseria. // Et tunc dominus cōuersus ad me q̃ hec omnia in spū uidebā: dixit mihi ecce filia hec ĩ uno puncto facta st: apud me. Sed quia tu sine similitudine spūalia capere non potes ideo tibi sic ista ostendo ut intelligat homo q̃ districtus sum malis: Et q̃ pius bonis.

Verba x̄ ad sponsā. Qualit̃ parētes īstruētes filios ĩ mūdanis moribꝫ ad acquirendū honores et mūdanā glīā cū supbia ꝑ sp̄ētes nutrientes filios suos et docētes eos pungere cū stimulo et uenenare notabilit̃ desygnantur

Cap̄ xxxij

SERPENS, ET FEmella eius cum comiscetur habe ĩ semine suo commistionis uenenum. et de nā eoꝝ uenenatus concipitur serpens. Concepto aūt serpente nō pōt uiuificari nisi per grām meām quia nihil sine me est uel esse potest nec spm obtinere nisi mediante mēa uirtute. Nato uō serpente quia mate nō habe ubera que sugere natus possit componit se super suū natū et sic fortiter calefacit eum ut fere suffocetur. Qui sentiens ex superiori parte calorē nimiū et ex terra nimiū frigus urgente necessitate applicat os ad terrā et ĩcipit terram paulatim sugere et comedere. Deinde informans eum mater ad mouendū se pungit natum suū ĩ cauda: Quam cum incipit extendere iteꝝ pungit ut retrahat. Similiqꝫ modo docet caput pungēdo extendere dorsumqꝫ curuare. Postea mater attendit locum aliquem ubi calor solis est feruentior. et illuc secum trahit natum suum precedens ante eum leniter ut addiscat sequi. Quo sequente et ĩ calore solis obdormiente cogitat sic mater secum: Filius meus habe uenenum ad maliciam ideo necesse est ut addiscat pungere: Sed qa adhuc teneꝝ habe stimulum si adhibuero aliquid durū citius frangetur: ante q̃ assuetus et fortis fuerit ad pungendum. ideo mater sapienter prouidens filio inquirit aliquid mollissimum et apportans ponit ante natū suū dormientē: Postea ualenter flatu suo perflans ĩ aures eius excitat eum duriter ĩ tantum qđ quasi ex se factus ex commotione flatus incipit stimulare ĩ illud molle quod ante eum appositum est. In quo tam diu assuefacit stimulum quod crescente duritia stimuli

& consuetudine punctionis discit
pungere lapides & ligna: & que-
cumque fortia. Tandem informato
nato relinquit eum mater. // Ta-
lis est ille homo quem tu nosti: est
enim sicut natus serpentinus. Quia
de patre serpentino & femella ser-
pentina natus est. Nam isti ambo
conuenerunt cum pessimo ueneno
idest superbia. que dampnabilius
nocuit aīe q̄ corpori uenenū ma-
teriale. Ipse demque serpens cū
nimium habere ambiendi affectū
& cupiditate ī extinguibilem arsit
ī concupiscentiam femelle. Que
considerans eum sapientē: formo-
sum: & strenuum: ardebat ī
serpētem ardore equali: Ideo
cum omni superbia, contemptu,
timore meo conuenerunt isti.
& de uenenato gn̄e uenenatum
generauerunt serpētem. In quorum
semen quia misericors sum: &
iustitia sic exigit dedi animam de
diuinitate mea creatā: // Verum
qa mater non habet ubera diuinē
dilectionis quibus lactet natum
suū: ideo calefacit eum sub se
idest nutrit eum ad amorem mū-
di: & cum excellentioribus educit
eum desiderans toto affectu quo-
modo reputari possit cum magna-
tibus. & incitans eum ad subuer-
sionem sui alloquitur eum dicēdo.
Si hres illud dominiū & principatū
consimilis posses esse parenti: &
talis honor deceret te & pro tali
honore laborare teneris. // Talibus
igr uerbis natus serpentinus in-
structus á mre & ad terrena
calefactus: ex frigore diuine
caritatis incipit terrena desi-
derando cōmedere: & cōmedē-
do arctius estuare. // Deinde
ut addiscat mouere mēbra:
& erigere caput pungitur
ī cauda á matre qn̄ ab ea
informatur & inducitur ut
alios sibi alliciat promissionibus
alios associet sibi uerbis &
fauoribus. Quando non iubetur
parcere bonis ut uocetur bonus
Nō parcere uite ut uocetur stre-
nuus. Nō hre quiete ut cele-
bretur nomen eius. Docet etiam
mr natum serpere: & eum
precedendo ducit ad feruorē
solis quando seruiendo superbe
& dissolute incitat eum ad cō-
similia dicens ei priuati &
publice. Sic uixit pater tuus
& antecessores tui. Sic magna-
tes decet incedere. Pudor est
si uelis esse sanctior illis. De-
decus est si tu uelis esse illis
humilior: q̄ ex blanda locutōe
acquisiuerunt fauorē hominū.
& ex conformatione morum eorum
optinuerunt magnum nomen.
// His monitis natus serpenti-
nus illectus sequitur matrem
ab uno peccato ī aliud usque
dum uenerit ī luxuriā carnis
tanq̄ in solis ardore. Vbi cum
inceperit quiescere & dulcescere
carnis ardor: tunc docetur á

matre pungere & ſtimulare.
Verum quia mater conſiderat infir-
mitatem eius in ſtimulo et paupe-
tate in facultatibus & in uiribus
defectum. Ideo ſuadet ei primo
molliora ſcilicet ut acquirat primo
temporalia minoris reputationis.
Aſcendat ad honores minores:
quia omnia uidentur in principio
mollia & ſuauia ad habendum.
Qui uenenato acquieſcens conſilio
pungit miſeros quibus reſiſtendi
uis nulla eſt: ablatione ſuorum
pungit alios iniuria: alios pungit
odio atque priuat uita. // Deinde
confortato malitie ſtimulo in iſtis
inferioribus perflatus iterum a matre
incipit ad altiora aſcendere. ma-
ioribus inuidere. Proditiones inten-
dere. & ſuſcitare litigia: in tantum
quod etiam in fortiſſima non formidat
extendere ſtimulum ſuum. ideſt
ad ſancte eccleſie iniuria: niſi
ſollicite ante preuideatur: &
ſapienter caueatur. Ad huius uero
ſtimuli extirpandam malitiam
non eſt niſi unum remedium: ideſt
ut abſcindatur lingua ſerpentis.
hoc uero erit ſapientium diſcer-
nere quomodo abſcindatur. & que
ſit eius lingua. // Deinde ſubiun-
xit ei dominus. Sicut pannus tran-
ſfoditur & non ſentit: & ſicut
pomum decoratur & poſſeſſor
eius non leditur. Sic paſſio mea
eſt in corde iſtius ſerpentis: quia
numquam eam in corde ſuo attente recor-
datur. Nam in predeſtinatione poſuit
fidem ſuam dicens. Si deus preſciuit me
damnandum: cur amplius laborabo.
Si uero ſaluandum faciliter recipiet
penitentiam meam. Ve illi niſi ſe ci-
tius emendauerit quia nullus propter pre-
ſcientiam meam reprobatur. // Scias etiam
quod illa ſerpens femella matre iſtius
non conſequetur quod inſipienter deſide-
rat. Sed nec filij nec generatio illa
proſperabitur immo ipſa in amaritu-
dine morietur: & memoria eius erit
in obliuione.

Deus pater loquitur filio qualiter ipſe
eſt ſimilis ſponſo qui tantum dilexit ſpon-
ſam quod propter ipſam crucifixus eſt. ipſa uero
dilexit adulterum. et interfecit ſponſum. et qualiter
anime per ſponſum thalamus per eccleſiam. porte
thalami per uoluntatem: Adulter uero per
corporis delectationem futuram ſponſam
deſponſanda

Capitulum xxxiii

PATER LOQVITVR
ad filium: Tu es ſimilis ſpo-
ſo qui deſponſauit ſibi ſpon-
ſam decoram facie & honeſtam mo-
ribus: & induxit eam in thalamo ſuo.
& dilexit ſicut ſe: Sic tu fili mi
Tu deſponſaſti ſponſam nouam quando
ad animas hominum tanta arſiſti ca-
ritate ut te ipſum pro eis lacerari:
& in ſtipite extendi uoluiſti. has
introduxiſti in ſanctam eccleſiam tuam.
quam tuo ſanguine dedicaſti: quaſi
in quendam thalamum: Sed uere ſpo-
ſa tua nunc facta eſt adultera:
fores thalami ſunt clauſe. & in loco
ſponſe iacet adultera peſſima:

que cogitat ſic apud ſe. Quando uir
meuſ dormiet : et nuduſ iacuerit
tunc producā contra eum gladium
acutū : et interficiā eum quia nō pla-
cet mihi. Quid notat ſponſa niſi
aīas quaſ ſanguine tuo redemiſti.
que quamuiſ multe ſint : tn̄ pp̄ uni-
tatem fidei et dilectioniſ una uocari
poſſunt : et multe hee nunc ſunt fc̄e
adultere quia diligunt mundum.
pluſ q̄ te. Delectationē alteriuſ q̄runt
nō tuā. Foreſ thalami ideſt eccleſie
ſunt clauſe. Quid ſignificant fores
niſi uoluntatē bonam per quam ad
animā ingreditur deuſ. hec clauſa
eſt quaſi nulliuſ boni hn̄ſ effectum.
Voluntaſ uero inimici tui completur.
Nam quicquid placet quicquid de-
lectat corpuſ hoc diligitur. hoc ho-
noratur. hoc ſanctū et bonū p̄dicat̄.
Voluntaſ aūt tua que eſt quod ho-
mines debeāt diligere te feruētē
deſiderare te prudenter. omnia pro
te dare rationabiliter : omnino clau-
ſa ē et neglecta. Nec nō et aliqui
qui forte quandoq; foreſ thalami
tui patenter intrant nō hac ītentio-
ne intrant : ut uoluntatē tuā faciat.
et ut te toto corde diligant. Sed
pre uerecundia hominū ne uideātur
iniqui : ne ſciantur publice ab ho-
minibuſ qualeſ ſunt apud deum.
Sic igitur male clauſa eſt ianua
thalami tui. et pluſ eſt delectatio
adulteri q̄ tua. Cogitant et apud
ſe quod cum nuduſ et dormienſ
fueriſ interficient te. Tunc quippe
uideriſ eiſ nuduſ. qn̄ corpuſ tuum

quod de puriſſimiſ uiſceribuſ
uirginiſ ſuſcepiſti : non tamen
amittendo diuinitatē uidēt ſub
ſpecie paniſ ī altari : et nihil cer-
nenteſ ī eo de diuinitatiſ tue
potentia reputāt te q̄i panē mo-
dicum : Cum tamen uere deuſ et
homo ſiſ quē oculi uidere non
poſſunt : tenebriſ mundi obſcurati.
Tunc quoq; uideriſ eiſ dormienſ
quando pateriſ eos impunitos.
et ideo preſumptuoſe ingrediuntur
thalamū tuū cogitāteſ apud ſe.
Ingrediar et recipiā corpuſ xp̄i
ſicut ceteri. Nihilominuſ tn̄ poſt ſump-
tionē faciunt quicquid eiſ placet.
Quid enim obeſt ſi nō ſumpſero
et quid mihi prodeſt ſi ſumpſero.
Ecce miſeri per taleſ cogitationes
et p̄ talē uoluntatem interficiunt
te a cordibuſ ſuiſ : ne regneſ in eis
q̄uiſ īmortaliſ et ī omni loco ſiſ per
potentiā tue diuinitatiſ. Verum
quia nō decet fili mi te eſſe ſine
ſponſa : nec ſponſam hr̄e niſi
caſtiſſimā : ideo mittā amicoſ
meos qui accipiant tibi ſponſam
nouā uenuſtam aſpectu honeſtam
moribuſ deſiderabilē tactu : et
ī thalamū tuum introducāt. Iſti
aūt amici mei erūt celereſ : taleſ
ſicut aueſ uolanteſ : quia ſpūſ
meuſ cum me ipſo ducet eos.
Erunt et forteſ ſicut illi aut
quorum manibuſ muruſ diſſolutuſ
erunt et magnanimi tanq̄ illi
q nō timet mortē et panis ſu-
dare uitā : Hi adducet adte

ſponſam nouā. ideſt aīas electoꝝ
meoꝝ acquireī tibi cum magno ho-
-nore & decore. cum magna deuo-
-tione & caritate. cum uirili laboē
& perſeuerantia forti. ego ſum ille
q nunc loquor: q in iordane &
monte clamaui: hic eſt filius meus
dilectus. Verba mea citius cōplebuſ.

Mater rex declarat Sponſe
p ſymilitudinē. Qualiter X. ba iſti
us libri celeſtis ipā X. gō i petrauit
a filio ad ſupplicationē oīm electoꝝ
mūdi. que X. ba promittūt male
dictionē ſupbis. ꝛ miſericordiam
hūilibꝫ. Cōtinēt etiā X. ba i quibus
datū certis pſonis poteſtas expel
lendi demoia. ꝛ concordandi diſcō
des. ꝛ ſpāliter regē francie regēꝫ
qꝫ anglie

Cap. xxxiiij.

MATER LOQVEBATVR:
Filius meus eſt ſimilis regi:
q habebat ciuitatē in qua Sep-
-tuaginta principes erāt: & i cuius-
-libet dominio non erat niſi unus fi-
-delis regi. Timo illi fideles uidētes
quod infidelibus non inſtabat niſi
mors & damnatio: ſcripſerunt ad quā-
-dā dominā familiariſſimā regi ro-
-gantes eā ut intercederet pro ipis.
& ut ſugereret regi quatenus ſcri-
-beret eis uerba admonitionis ſue
quibus reſipiſceret a pertinacia ſua.
Qua domina ſuggerente regi de
ſalute illoꝝ infidelium. Reſpōdit
ei rex. Nihil reſtat eis niſi mors
et ea digni ſunt. Veꝝ tñ pp pceſ
tuas ſcribā eis duo uerba. In primo autem
uerbo ſunt tria. Primo damnatio quam
merentūr. In ſecundo paupertas. In tertio
cōfuſio & dehoneſtatio qua digni ſunt
pro ſuis factis. Secundum uerbum eſt
qđ omnis q ſe humiliauerit: habebit
grām & fruetur uita. Cumqꝫ littera
continēs hec duo uerba ueniſſet ad illos
infideles dixerunt quidā ex eis. Nos ſu-
-mus ita fortes ſicut rex & ideo defen-
-demus nos. Alii dixerunt nō eſt nobis
cura de uita & morte quod magis eue-
-nerit non eſt nobis magna cura. Alij
quoqꝫ dixerunt: falſum ē qđ audiui-
-mus & confictum: Nā līa iſta ð ore
regis nō emanauit: Auditis igr̄ re-
-ſponſiſiſtis ſcripſerunt illi fideles iteꝝ
ſecundo ad predictā dominā familiariſ-
-ſimā regi dicentes. Non credunt iſti
infideles uerbis regis ſeu noſtris: ideo
poſtula a rege ut in ſignū credulitatis
mittat eis aliquod ſpeciale ſignum
quo credant litterā de ore regis pro-
-ceſſiſſe. Quod audiens rex dixit. Duo
ſpāliter pertinēt ad regē. Corona ſcilicet
& clipeus. coronā regis nullus portare
poteſt niſi rex. Clipeus quippe regis pa-
-cificat diſcordantes. ergo duo iſta mittā
eis. Si forte credāt uerbis meis & a malitia
ſua reſipiſcāt. Iſte rex nō aliud ſigni-
-ficat niſi filiū meū qui eſt rex glorie &
filium dei: atqꝫ me. Hic habet ciuitatē
ideſt mundū in quo ſeptuaginta ſunt lingue
quaſi ſeptuaginta dominia. & in qualibet
lingua unus amicus filij mei eſt: ideſt
nulla lingua eſt in qua nō inueniātur
aliqui amici filij mei: q ſignificantur i
uno: pp unitatē fidei & caritatis. Ego

aūt ſum illa domina familiariſſima
regi: et ad me amici mei uidentes mūdo
inſtare miſeriā miſerūt preces ſuas ro-
gantes ut filiū meum pro mundo miti-
gare. Qui precibus meis et ſanctoꝝ
flexus miſit mundo uerba oris ſui ab
eterno preſcita. ad quoꝝ credulitatem
ne reputaretur aliunde cōficta: impe-
traui in ſignum coronā et clipeū regis.
Coronā pp potestatē que dabitur uni
ſuper ſpiritus immundos. Clipeum pp
opus pacis quod dabitur alteri: ſcilicet
diſcordantia corda reformare ī unum
cor et mutuā caritatē. Verba aūt
filij mei nō ſunt niſi duo uerba: qꝛ
in omnibus illis non ſunt alia: niſi
iſta duo. Maledictio ſcilicet ī indu
rantes ſe. et miſericordia ī non indu-
rantes ſe. Hijs dictis filius loq̄bat̄
ad matrem. Benedicta ſis tu. Tu es
quaſi mr̄ illa q̄ mittitū ut accipiat
filio ſuo uxorē. Sic ego mitto te ad
amicos meos qui aīas electoꝝ cōiun-
gāt mihi ī coniugiū ſpirituale q̄le
deum decet. Ergo pp magnā miſe-
ricordiā tuā et caritatē qua ſic
feruenter diligis aīas: do tibi aucto-
ritatē ſup coronā illā: et clipeum.
ut nō ſolum duobus: ſed et alijs qb̄
uolueris dare poſſis. Tu enim plena
es miſericordia. ideo omnē miſericor-
diā trahis a me ad peccatores: Be-
nedictus ſit ille quicumq̄ tibi ſeruit:
quia nec relinquetur ī morte nec ī
uita. // Deinde iteꝝ loquebatur
mater ad Sponſum. Scriptum eſt
q̄d Ioannes baptiſta p̄ceſſit ante fa-
ciem filij mei: quem non omnes

uiderūt: qꝛ ī heremo erat. Sic
ego an̄ terribile iudiciū illud
futuꝝ filij mei: p̄cedo cū miſe-
ricordia mea. Ergo ex parte
mea dic illi qui habet coronā
Quod quotiens ſenſerit ſpiritū
ſolutum et feruore ī ſe filij mei
ſuper uexatum legat iſta uerba.
Deus pr̄ q̄ eſt cum pr̄e et ſpū
ſancto creator omniū reꝝ: et
iudex eoꝝ q̄ facta ſunt: qui
miſit benedictū filiū ſuum cū
ſe ipſo ī uiſcera beate uirginis
marie pp noſtrā ſalutem: p̄ci-
pio tibi immunde ſpūs ut ad
gloriā eius: et pp preces beate
marie uirginis exeas ab iſta
creatura dei ī noīe eius q̄ natus
ē de uirgine ieſus xp̄us unus
deus qui eſt pater et filius et
ſpūs ſanctus. // Deinde dicetū
ex parte mea alteri qui habet
clipeum. Tu ſepe me miſiſti
quaſi nuntium tuū ad deum
et rogaui filiū meū pro te.
Nunc ego rogo te ut tu uadas
nuntius meus ad ſummū caput
eccleſie. quia etiam ſi ſederit
ei lucifer uerba filij mei ſecū-
dū eius uoluntatem perficientur.
Cum aūt uenerit ī franciā
conuentis ante ſe principibus
dicat ī audientia eoꝝ: hec uer-
ba: Deus qui eſt cum patre
et ſpū ſancto creatō omnium
reꝝ: et eoꝝ q̄ facta ſunt. Qui
dignatus eſt deſcendere ī uiſcera
uirginea. et unire diuinitatem

suā humanitatē: nō tn̄ se paras
se a diuinitate. Qui fixit sic
caritatē suā ad hominē ut cum
uideret lanceā et acutos clauos
et omnia instrumēta mortis ante
se magis uoluit mori: et omīa
horribilia instrumēta mortis suffer-
re. Neruosq; incidi. Manus et
pedes perforari: quā caritatem
ad hominē fixā relinquere: ipe
pp suā passionē uos coniungat
ī unū cor: q̄ hactenus fueratis
dissociati. Deinde sicut sp̄us
meus informabit eū proponat
eis penas inferni. gaudium iustoꝝ.
et retributionē iniquoꝝ.

Xp̄s ostendit Sponse. Qualit̄
aīa cuiusdam monachi deuoti pur-
gabatur ī uita p infirmitates corporis
et ostendebatur eī gl̄a sub spetie stel-
le añ mortē. et qualit̄ aīa alterius
religiosi et ante dāpnata expectabā-
tur a nouem demoniis añ principē
demonioꝝ et assygnat̄. hic uō q̄re
mali religiosi tollerant̄ a deo
Cap̄ xxxv

F ILIVS DEI LOQVEBA-
tur ad Sponsā. Vidisti
animā illius monachi defunc-
ti ī spē stelle et merito quia
idem ī uita sua: lucidus et ardēs
erat q̄si stella: quia me pomni
creatura dilexit. Vixit et in
obseruantia prepositi sui: hec
ē aīa ostendebatur tibi ante
q̄ moreretur ī statu illo ī quo
tunc fuit quando monstrabatū
tibi: et hoc fuit quando ipe uenit
ad ultimū terminū uite sue. Et q̄n
signa egritudinis et monstrantia
mortē aderat. hec igitur aīa cū
ad terminū mortis appropinquare
uenit ī purgatoriū: et istud purga-
toriū erat corpus suū ubi purgabat̄
doloribus et infirmitatibus. et ideo
q̄si stella ī uase aperto demonstrabat̄
tibi. et hoc fuit quia arsit caritate
mea. et ideo est nunc ī me et ego
ī ea: Quia sicut stella si ueniret
ī copiosiorem et splendidiorē ignē
nō ulterius appareret. sic ipe nc̄
ī me conclusus est: et ego ī eo. Et
gaudebit gloria illa ineffabili q̄
nunq̄ finietur. Cum aūt esset ī
purgatorio suo tanta caritate
adhuc tunc arsit ad me stella ista
et ego ad eā: quod ipa doloris
uehementia corporis reputauit
leuissimā. Cuius letitia ītribulatōe
īcepit: et ad perpetuū gaudium
excreuit. Quod dyabolus cernens
et ī ea aliquid iuris sui īuenire
uolens pp dilectionē quā illa aīa
ad me habuit libenter alias aīas
pp eā dimisisset. Alia et aīa
monstrabatur tibi quā dyabolus
nouem uiribus possidet. Cuius
iudicium quia ostēdi tibi prius
ideo eius suppliciū nunc tibi oste-
dere uolo. Sicut corā deo omnia
ī uno puncto fuerūt: que tn̄ corpora-
liter absq; prolixitate nō possut
proferri et audiri. Anima ergo
illius cum peruenisset ad suppliciū
statim septem demones occurrerunt

ei an̄ principē suum dicentes. hec aīa
mī iuris est: Primo demon su-
-perbie dicebat ipa est mea quia
nullū reputauit sibi similē: et
sup omnes esse uolebat sicut ego.
Secundus scilicet demon cupiditatis
ait: ipa nunq̄ impleri et satiari
potuit: sicut nec ego: et ideo mea
est: Tertius scilicet demon inobediē-
-tie dicebat: ipa astricta erat ad
obedientiā et disciplinā sed ī oībus
fuit ī obediens deo. et obediens
carni ideo mea est. Quartus sci-
-licet demon gule ait: ipa temporibꝫ
illicitis comedendo et bibendo pro
ut ego ei suasi excessit et nihil ab-
-stinentie hr̄e uoluit ideo mea est.
Quintus scilicet: Demon uane
glorie dixit. ipē cantauit pro
uana gloria et uano noīe: et
cum aliq̄tulum deprimebatur uox
eius. et attediabatur tunc ego ele-
-uabā eam ad altiora: et occurrēs
gaudentē iuui eū. Sextus demon
scilicet proprietatis dicebat. Ipse
debuit esse pauper ī mundo: et ni-
-hil proprium habere. Sed ipē e
contra qi formica: que hr̄e poterat
cōgregabat: et ī regito plato suo
illa possedit et ideo mea est: Sep-
-timus scilicet Demon religionis
cōtemptus dicebat. Ipē ex regulari
disciplina obligabatur ad seruandū
ī omnibus actibus suis constituta
tpā: Sed econtra quia omnia habuit
in ordinata bibebat enim et come-
-debat quando uolebat: Dormiebat
et uigilabat et loquebatur quādo sibi

placebat et absq̄ regulari disci-
-plina omnia agebat. ideo mea
est. Tunc princeps demonum
quasi per exemplum demonstrā-
-do dicebat. Tu sp̄s superbie
quia possedisti eum extra et intra
ideo ingredere ī eum et cōstringe
sic [di]stricte quēadmodum spiritu-
-alia si possibile esset quod h'rent
membra: et adhererent corpora-
libus et cōprime sic horribiliter
ut cerebrum exeat cum oculis
et medulla: de compagibus. et
omnia membra dissoluantur.
Ad secundum idest ad sp̄m
cupiditatis ait: Tu possedisti eū
ad uoluntatē tua et nunquā
satiabatur ideo intra ī eum
ardore ueneno peiori: et plūbo
feruētiori: et inflamma eum
sic miserabiliter ut sicut uinū
p summitatē uitrei uasis quod
habet multas fistulas ingrediēs
omnia loca occupat et replet
Sic ardor tuus uenenatus et
plumbeus ī grediatū ī omnia
mēbra eius et ardeat ī eis sine
fine. Ad tertiū aūt idest
ad sp̄m inobedientie ait: Tu
possedisti eum ad omnia profes-
-sioni sue contraria: et obedi-
-uit tibi magis q̄ deo suo: ideo
intra ī eum quasi gladius
acutissimus et sic feruenter
cohereas ei quasi gladius q̄
infixus esse cordi: qui nec
p partem superiorē: nec per
inferiorē exire. Sed ī mobilitē

permanes intollerabiliter cruci-are. // Ad quartum idest ad spm gule ait: tibi consensit ad omnē itemperatiam ideo comminue eū dentibus tuis et discerpe cor eius ut glibet spirituum enumeratorum ia scilicet superbie, et cupiditatis inobedientie et gule unā parte cordis sui sic possideat: et possidendo sic cruciet ut semp comminuatur: et nunquam consumatur. // Ad quintum idest ad spm uane glorie ait. intra ī eum et nunquā sinas eū hre requiē pro cantu suo. Nunq procedat nisi ue ue de ore suo. omne gaudium et delectatio quā in mundo grebat uertatur sibi ī fletū et miseriā sempiternā. // Ad Sextum ait idest ad spiritum proprietatis intra ī eum et uexa eum amaritudine et fac eum carere omnibus delectabilibus que desiderabat et pro eis confusionem īenarrabilē et dānatione indicibilem et pudorē perpetuum habebit. // Ad Septimum idest ad spiritum contemptus religionis ait. Quia omnia tempora sua ī ordinata habuit ideo unū tps adueniet ei quod nunq terminabitur. īqdo frigus et ardorē patietur sine fine. Tunc mox ī ipō momento ante principē demoniorum duo spūs apparuerūt dicētes. Etiā nos in hac anima habemus partem et primus dixit: Ipē fuit sacerdos et nō ut sacerdos uixit: ideo pars mea ī ea est. Secundus demon ait: ipē habuit quoddam fundamētum ī capite suo ī quo corona glorie stare debuisset et hanc nō habuit ideo mea est. Respōdit princeps pro honorifico noīe sacerdotis mutetur sibi nomen et uocetur Sathan. Pro corona glorie quā contēpsit hre ponatur ibi maledictionis opprobriū. et deiectio sempiterna. // Deinde loquebatur Dominus ad sponsā. Ecce sponsa mea qualis remuneratio et q dissimilis: Ambe iste aīe unius fuerunt professionis. sed ī remuneratione minus et multū īequales. Nunquid scis tu qr ista ostendo tibi: Certe ut boni roborentur: et ut mali scientes iudiciū suū a malo resipiscāt. Vere dico tibi qd hoies illius professionis multū auerterūt se ame sicut per exēplū poteris intelligere. Ego sum similis patri familias: q assumpsit sibi operarios qbs cōmisit fossorium siue carbonariū ad fodiēdum terrā et scopā ad eiciendū eam de fossis uas ad portandum. Tandē ipsi operarii cōtemnētes pceptū domini reportauerunt illa utensilia domino suo et dixerunt. Fossorium minus acutū est et terra satis arida. Et

nō sufficimus laborare ī ea. Scopa
nimis tenuis est: et nō ualet conti-
-nere terrā: Vas nimis graue est
et ideo nobis ad portandum nimis
onerosum: Sic faciunt isti professo-
-res mihi. Ego namq cōmisi eis qua-
-si laboratoribus fossoriū idest dedi
eis auctoritatē predicādi uerba mea
et potestatē fodiendi corda terrena
timore meo. Sed hoc fossoriū nunc
deiciūt et assumūt nouum: quia uer-
-ba mea et institutionē meam uer-
-tunt ad alleuiationē corporis. Verba
mea ut placeāt hominibus: et crescāt
ī diuitijs dicētes. Corda hominū nc
dura sunt: et uerba domini nimis
acuta ad excitandū deuotionē. Et
ideo placabilia pponunt hominibus
iustitiā meā occultant: Peccatum in-
-crepare dissimulāt. Ex quibus fi-
-ducialiter faciunt auditores in pec-
-catis quiescere: et de factis suis
remisse penitere. // Secundo con-
-misi eis scopā qua eiceret terrā
de fossa idest ut paupertatē et
humilitatē diligerent. Sed hoc ē
eis nunc nimis tenue. Dicunt enī
si nihil hrē uoluerimus unde se
uiuemus. Si ex toto abiecti fueri-
-mus a quibus tunc colligemur.
Sic ergo falsa fiducia decepti tāto
nunc alios superbia excedunt q̃to
palijs deberent esse humiliores.
// Ego et dedi eis quasi uas ad ex-
-portandum terram idest ut ha-
-berēt abstinentiā delectabilium
corporis. Sed hoc ad pedes meos
proiecerunt dicētes. Si in tali la-
-bore sic[illegible] patres uixerunt uo-
-luimus uiuere deficiemus. et
ī tali abstinētia omnino cōtem-
-nemur: si ī tali districtione nō
pualemus. Sic igr omnia re-
-ligionis et professionis bona
sunt eis grauia: et illa q̄ ipsis
placet faciūt. Quid aūt ego
facturus sum cuius instrumenta
proiciuntur: et labor recusatū
utiq dicā eis. Viuite secundū
uoluntatē uestrā: et laborate
laborē uestrum propriū: et
reperietis fructum uestrum.
habete honorē mundi pro honorē
eterno. Diuitias mundi et
amicitiā eius pro eternis. Volup-
-tatē mundi pro dulcedine q̄
nunq̃ terminatū. Ego iuro ī
ueritate mea qd si nō fecisse
pp ~~tria~~ dua boā: pp que sustineo
eos: nō una domus eorum stare
erecta. Primum est matris
mee orō que cum patrono eorum
incessanter orat. Secundum
est iustitia mea quia q̃uis
pp malitiā eorum non tenear
eis aliquā facere misericordiā.
Attn̄ pp dona offerentiū que
placet mihi patior eos. Ipi enī
sunt qi instrumenta quibus
alij proficiunt. Ex eorum nempe
predicatoē et cantu quandoq
alij crescunt ad deuotionem.
et ad occasionē bene proficiēdi.
Sed st ipos ī profundum dei-
-ciunt: quia seruiūt quasi
serui ad lucrum nō eternitatis

vere servi sunt et paucissimi in-
-veniuntur alij: et tam pauci quod vix
unus reperitur in centum.

Xp̄s revelat Sponse qualiter
apostoli tria bona que erant in cordibus v(idelicet) va-
cuis et mundissimis apostolorum missus
fuit in eos tripliciter. Sp̄s sanctus et
qualiter in hominibus plenis cupiditate
luxurie et superbia non ingreditur
sp̄s sanctus. Et quod xp̄s primo multi-
plicavit suum i(d est) verba sua istius libri
prima amicis Dei ea publicant aliis
postea Cap(itulum) xxxvi

E GO QVI LOQVOR,
tecum sum ille qui tali die
sicut hodie misi in apostolos
et discipulos meos spiritum sanctum
meum qui venit ad eos tripliciter.
Primo quasi torrens. Secundo
quasi ignis: Tertio in specie lin-
-guarum. Venit autem ad eos ia-
-nuis clausis: quia soli erant: et
quia tria bona habebant: Primo
enim habebant omnem voluntatem
tenendi castitatem: et continenter
in omnibus vivere. Secundo habe-
-bant humilitatem precipuam. Tertio
habebant totum desiderium ad
deum: quia nihil nisi ipsum deside-
-rabant. Isti erant quasi tria
vasa munda: sed vacua: propterea
venit sp̄s sanctus et replevit
eos. Venit autem quasi torrens:
quia omnes artus: et omnia
membra eorum delectatione divina
et consolatione replevit. Venit
quasi ignis quia fervore divini
amoris sic incendit corda eorum:
ut nihil diligerent nisi deum: nihil
timerent nisi eum. Tertio venit in specie
linguarum: quia sicut lingua mea
est in ore: nec tamen nocet ori: sed
magis ad loquendum proficit: Sic
sp̄s sanctus meus in anima eorum erat
qui eos nihil desiderare faciebat
nisi me. Qui etiam eos sapientia
divina loquaces fecit: cuius virtute
tanquam officio lingue omnem veritatem
loquebantur. Ergo quia ista vasa
vacua erant propter desiderium dignum
fuit ut veniret ad eos sp̄s sanctus.
Non enim ingredi potest ad eos qui
impleti sunt et pleni. Qui autem
impleti sunt nisi illi qui omni pec-
-cato: et spurcitia pleni sunt: Ipsi
enim sunt quasi tria vasa pessima.
Primum est plenum quasi fetidissimo
stercore hominum: quod propter pessimum
fetorem nullus potest odorare.
Secundum plenum est quasi vilissimo
spermate: quod nullus potest propter
amaritudinem gustare. Tertium est
plenum quasi corruptissimo sanguine
et sanie: que nullus potest videre
propter abhominationem. Sic mali pleni
sunt mundi ambitione et cupiditate
que fetent in conspectu meo et sanc-
-torum meorum deterius quam stercus ho-
-minum. Quid sunt omnia temporalia
nisi stercus: hoc pessimo stercore cito
periturо miseri delectantur. In secun-
-do vase est nimia luxuria: et in-
-continentia in omnibus operibus.
Hec autem amara est mihi ad gusta-
-dum quasi sperma: non enim potero
sustinere tales. et minus per gratiam

mea ingredi ad eos. Quomodo enim ego uera munditia ad tam inmundos ingrediar? Quomodo ego ignis ipse uere dilectionis inflammarem eos: quos tam paruus ignis luxurie inflammat. Tertium est superbia et arrogantia eorum: ipsa quippe est sanguis corruptus quasi et sanies. Ipsa est que hominem corrumpit in bonis intus: et extra: aufert gratiam datam a deo: et reddit hominem abhominabilem deo et proximo. Qui autem sic impletus fuerit gratia spiritus sancti impleri non poterit. Ego autem sum quasi homo habens uinum uenale. Qui cum propinare uoluerit dat primo amicis suis et familiaribus ad gustandum. Deinde preconis uoce alis more mittit suos clamantes. Gustauimus uinum quia bonum est. omnes ergo qui uolunt accedant. Sic ego habeo uinum optimum idest dulcedinem illam que ineffabilis est. hanc ego quibusdam familiaribus meis propinaui auditis uerbis que de ore meo procedunt. Inter istos proclamatores qui uinum gustabant erit iste qui uenit ad me hodie habens tria receptacula implenda. Venit enim habens uoluntatem continendi se ab omni uanitate. uoluntatem ad omnem humilitatem. Desiderium ad omne quod mihi placitum est. Propterea impleui uasa sua hodie Primo namque fiet sapientia spiritualium lucidior ad intelligendum: et aptior ad ruminandum quam prius. Secundo impleui eum caritate mea qua feruentior fiet quam prius ad omne bonum. Tertio dedi ei timorem discretiorem ut scilicet nihil timeat nisi me: et que mihi placita sunt. Ergo ut et aliis clamare sciat dulcedinem uini mei audiat uerba mea que locutus sum. et que scripta sunt ut audita caritate mea et iustitia mea tanto fiat in clamando sollicitior: quo diligentius uini dulcedinem gustat.

Verba Christi ad Sponsam, quomodo ipsa Christo a quadruplici genere hominum salutatur. scilicet a ueris amicis suis ex caritate et aliis ex timore pene. a reliquis ut ditentur. ab aliis uero hypocritis ex presumptione uenie. Prima duo genera remunerantur spiritualiter. Tertium temporaliter. Quartum est abominabile. Cap. XXXVII

(M)ARIA LOQUITUR

Quatuor genera hominum sunt: qui me salutant. Primi sunt qui omnem uoluntatem suam et conscientiam suam relinquunt in manus meas. et quicquid faciunt totum faciunt pro honore meo. horum salutatio est mihi potus suauissimus et delectabilis. Secundi sunt: qui timent penam: et ex timore se abstinent a peccatis. his ego do: si in laude mea perseuerauerint diminutionem praui timoris: et augmentationem uere caritatis. et scientiam qua discant rationabiliter

et sapientē deū diligere. Tertij
sunt q satis i sublimi eleuant
laudem meā: sed nulla alia inte-
-tione et affectu: nisi ut honor
temporalis et utilitas transitoria
eis accrescat. Et ideo sicut dñs
cui aliquod donum mittitur.
et ipē remittit donanti: equi-
-pollens aliquid. Sic ego quia
ipi tpālia petunt nec aliquid
carius desiderāt: propterea do
ipis quod uolunt: et remuneō
eos i presenti: Quarti sunt q
simulant se eē bonos et tamen
peccatum hnt i delectatione
peccant enim occulte cum possīt.
ne uideantur ab hominibus
cogitantes sic secum: Ipā uirgo
maria pia est et ut mox euo-
cata fuerit impetrat ueniā.
hoꝝ clamor sic placet mihi:
sicut uas quod exterius est dear-
-gentatum: et intus plenum feti-
-dissimo stercore: quod nullus pot
odorare. tales sunt quidā per
pessimā uoluntatē peccati.

Xps dicit spōse qd duo sr spūs
.s. boni et malus. Signū aūt boni spūs
sr dulcedo mentis et glā. Signū mali
spūs sr anxietas et inquietudo mentis pce
dēs ex cupiditate uel ira et ceterā. Cap
xxxviij

FILIUS LOQUITUR sponse, dicens: Spiritus
bonus est i corde hominis.
Quid est spiritus bonus nisi deus.
Quid est deus nisi gloria et
dulcedo sanctoꝝ: Ipse deus ē
i eis et ipi i eo. Et tunc omne bonū
hnt: cum hnt deum: sine quo nihil
ē bonū. Ideo qui hnt spiritū dei
hnt et deum: et omnē miliciā celi:
et omne bonum. Similiter q hnt
spūm malum i se: Quid enim est
spiritus malus nisi diabolus. Quid
uero dyabolus nisi pena: et omne
malum: ergo qui habet dyabolum
habet i se penam et omne malum:
Sicut aūt homo bonus nō sentit un
uel quomodo spūs sancti dulcedo
ingerit se menti eius. nec perfecte
eam i pnti gustare pot sed gustat
partē. Sic homo malus cum angu-
-stiatur cupiditate: cum anhelat
ad ambitionē cum mordetur ira.
Aut inquinatur luxuria: et ceteris
alijs uicijs: pena dyaboli ē et in-
-dicium eterne inquietitudinis. Li-
-cet i pnti ut ē perpendi nō possit.
Ve ue his q huic spiritui adheret.

Videbat spōsa demonē producentē
i diuino iudicio septē libros cōtra
quādā aīaz cuius militis defuncti
Sed āgls bonus produxit pro ea vn
librū. Que aīa nō dānabatū et finaliter
qr demone ignorāte penituit i fine in co
gitatū intrinsecus. Condēnatū tn̄ pptr pccā
ad nouē penas sustinendas i purgatorio
usqz ad diez iudicij qr tam diu desidera
uerat i corpore viuere. Sed reuelatū ē
xpo tria remedia p que possit aīa libera
ri. et remittitū ei a dño statī tres de pdcis
penis q̄bus regis i scōx. Supplicatio ve
ro āgli boi p ea nō statī exaudit. Sed
differendo ad tps ponit ei xps i delibera
tiē. Cap. xxxix

D EMON QUIDAM AP-
paruit ī diuino iudicio : qui
tenebat quandā animā : cu-
-iuſdā defuncti tremulā ī modum
cordiſ tremuli. Qui demon tunc di-
-xit ad iudicē. Ecce preda angeluſ
enim tuuſ & ego ſequebamur animā
iſtam a principio ſuo uſq ī finem :
ſed ipſe ad cuſtodiendum ego aūt
ad nocendū : & ambo uenabamur
eā q̄i uenatoreſ. ſed tamen ipſa ī fine
ī cidit ī manuſ meaſ ad quam lucrā-
-dā mihi : ego ita ſum cupiduſ &
impetuoſuſ quemadmodum torrenſ
cadenſ deorſum : cui nihil reſiſtit niſi
quodam retentaculum hoc eſt iuſtitia
tua. Que quia nōdum probata ē
contra animā iſtā : ideo adhuc non
dum ſecure poſſideo eā. Ego etiā
deſidero eā tam feruenter quem-
-admodum aīal conſumptū inedia
quod p̄ fame comedit & membra ſua.
ergo quia tu iuſtuſ iudex eſ iudica
ſuper eā iuſtum iudicium. Reſpon-
-dit iudex : Quare magiſ incidit
ī manuſ tuaſ : & cur tu propinquior
ei fuiſti q̄ angeluſ meuſ? Reſpo-
-dit Demon : Quia peccata ſua plu-
-ra fuerint q̄ opera bona. Reſpon-
-dit Judex. Oſtende qualia. Reſpo-
-dit demon. Ego habeo unum libꝝ
plenum peccatiſ ſuiſ. Et iudex.
Quale eſt nomen libri huiuſ? Rndit

Demon : Huiuſ nomen eſt inobe-
-dientia : ī quo libro ſeu uolumie
ſunt ſeptem libri : & quilibꝫ
habꝫ ſeptem columnaſ. quelibꝫ
aūt columna hꝫ pluſq̄ mille
uerba : ſed nulla minuſ q̄ mille.
quedam uero multo plura.
Reſpondit iudex : Dic nomina
iſtoꝝ libroꝝ : quia licet ego
omnia ſciā : tn̄ ut aliſ innoteſcat
uoluntaſ tua & bonitaſ mea. uo-
-lo ut loquariſ. Reſpondit de-
-mon : nomen primi libri eſt
Superbia. & in hoc ſunt treſ
columne. Prima eſt ſuperbia ſpi-
-ritualiſ ī conſcientia ſua : quia
ſuperbiebat de bona uita quā
credebat ſe hr̄e aliſ meliorem.
Superbiebat etiam de intellige-
-tia ſua & conſcientia ſapientioē
aliſ. Secunda columna erat
quod ſuperbiebat de boniſ ſibi
datiſ : & de familia et ueſtibuſ.
& de aliſ rebuſ. Tertia colum-
-na erat quod ſuperbiebat in
pulchritudine membroꝝ : &
de propagine nobili. & in
operibuſ ſuiſ. & ī hiſ tribuſ co-
-lumniſ erant infinita uerba pro-
-ut tibi meliuſ cognitum eſt.
Secunduſ liber eſt cupiditatiſ
ſue. hic autē habebat treſ colum-
-naſ. Prima erat ſpiritualiſ q̄a
cogitauit peccata ſua nō eſſe
ita grauia ſicut dicebatur. Et
indigne deſiderauit celeſte re-
-gnum : quod nō debetur alicui
niſi perfecte mundo & nitido

Secunda quia pluſ deſiderauit
ī mundo q̄ neceſſe erat. et uolu-
-taſ ſua fuit ad hoc ſolum ut ex-
-tollere nomen ſuum et proge-
-niē: ad hoc ut heredeſ ſuos nō
ad honorē tuum: ſed ad honorē
mundi nutrire et magnifica-
-ret eoſ. Tertia columna fuit
quod cupiebat honorē mundi
et ſuper alioſ eſſe. et ī hiſ pro-
-ut tibi meliuſ cognitū eſt: in-
-numerabilia ſunt uerba. q̄buſ
requirebat fauorē et beniuo-
-lentiā: quibus et temporalia
ſibi acquirebat. // Tertiuſ liber
eſt inuidia: hic hēt tres colum-
-naſ. Prima fuit ī mente qua
inuidebat eiſ occulte qui pluſ
habebant et magiſ proſperabā-
-tur: q̄ ipē. Secunda quod
recepit ex inuidia reſ eoꝝ:
q̄ minuſ habebāt q̄ ipē et
magiſ indigebant. Tertia
quod ex inuidia nocuit proxi-
-mo occulte per ſua conſilia:
et ēt publice: tam uerbo q̄
facto. tam per ſe q̄ per ſuos.
et ēt alioſ ad ſimilia īcitauit.
// Quartuſ liber erat Auaritia:
in qua erant ēt tres columne:
prima erat auaritia ī mente
quia noluit aliīs dicere de hiſ
que ſciebat: unde alij recepiſ-
-ſent conſolationē et profectum
cogitanſ ſic ſecum. Que mihi
inde utilitaſ ſi tali uel tali de-
-dero hoc conſiliū. que mihi re-
-muneratio ſi ei in illo conſilio

uel uerbo proficero. et ſic indigenſ
afflictuſ recedebat ab eo non edifi-
-catuſ uel inſtructuſ cum bene potu-
-iſſet ab eo ſi uoluntaſ adfuiſſet edi-
-ficari. Secunda columna erat q̄d
cum pacificare poterat diſcordanteſ
noluit hoc facere. Cum etiam cō-
-ſolari poterat turbatoſ nō curauit.
Tertia columna erat auaritia in
boniſ ſuiſ eo quod ſi unum denariū
dare debebat pro noīe tuo anxia-
-batur et grauabatur. et pro honoē
mundi libenter dare centū. In
hiſ aūt columniſ ſunt infinita uer-
-ba prout meliuſ tibi conſtat. om-
-nia enim ſcis et nihil a te occultā
pōt. ſed ideo me loqui compelliſ
ex tua potentia quia aliīs prodeſſe
uiſ. // Quintus liber eſt accidia.
et iſte habet tres columnaſ. Primo
quod ī opere accidioſuſ erat ad ope-
-randum bona opera ad honorē
tuum ideſt ad mandata tua. Nā
pro quiete corporiſ ſui amiſit ſp̄s
ſuum. Corporiſ enim ſui utilitaſ
et uoluptaſ erant ſibi cariſſima.
Secundo accidioſus erat in cogita-
-tione. quando enim ſp̄s tuuſ bonuſ
īmiſit cordi ſuo compunctionem.
uel aliquā ſpiritualem ītelligētiā
nimiſ ſibi longum uidebatur. et
ſubtraxit mentē ſuā d̄ cogitatiōe
ſpirituali: et omne gaudium mū-
-di uidebatur ſibi delectabile et
ſuaue. Tertio erat accidioſuſ ī orē
ideſt ī orando et ī loquendo que
utilitatiſ alioꝝ et honoriſ tui erat.
Feruenſ aūt erat ad ſcurilia uerba.

discernendi ne illuderetur ista prefata
domina beatissima pluries et satis clare
diuinitus fuit edocta et per uisiones
et documenta diuina plenius informa-
ta ut habetur in primo libro celesti. liii.
cap. et in ii. libro. xix. cap. et in iii.
libro. x. cap. Et uide de hoc septem
differentias que assignantur isti domine
Brigide sponse christi a uirgine ma-
ria. Inter uisiones boni spiritus et
mali satis pulchre in iiii. libro. xxiiii.

cap.º & cx.º c. & i vj. libro. lxviij. & lxix. & xcij. capitulis cū multis simi-libus. Et licet tam clara: & notorie manifesta ē ista gra diuina pfate dñe diuinitus gratis data quod nulla suspi-tione fallacis spūs ualet ofuscari. ma-xime cū iā ipa ꝯ hoc alias fuerit i re-gno Suetie diligenter examinata per platos ac uiros spūales & magistros i theologia. Et licet p eos fuerit ꝯter-minatū quod ista grā sit diuina & á spū sancto diuinitus et data ut sup dixi. Et licet et ite₄ i neapoli in presentia dñi bernardi archiepiscopi & triū magistro₄ i theologia & alio₄ pluriū militum & perito₄ uiro₄ me-teste ista grā fuerit approbata. Immo qd'a reuelato quam tūc ipa dña eis presentauit pmū docto₄ magistro₄ ex pcepto domine regine & Archiepi coram toto pplo ciuitatis ad hoc spetialiter ꝯuocato fuerit i ecctia cathedrali publicata & sollemni-ter pdicata: Nihilominus tñ ad ma-iorem habundantiā: & ut mordaci-bus ꝯtractoribus & caluniatoribꝫ sile-tium imponatur. & pie de hoc du-bitantibus plena satisfactio i pēdat. Volo probare pdicta docto₄ sacre scripture & studio₄ pat₄ quod ista sint á deo infusa & data pfate dñe ad informatione & utilitatem totius corporis ecctie & directione omniū electo₄ & nō á spū maligno illusorie ministrata. Et hoc probo p septē signa seu rōes i scriptas qbꝫ discernitur uisio boni spūs ab illu-sione diabolica. // Primū signū cer-tissimū ē qd uisio sit diuina: ꝯ scilicet illa persona uisiones uides est realr humilis & uiuit sub obe-dientia & disciplina cotinua di-ctiiins pris spūalis discreti senioris & uirtuosi & experti i uita spūa-li. Et qn nō presumit ꝯ se ipa p soā uides: nec extollitur nec se iactat: nec appetit laudes hu-manas. nec occultat uisiones. Sed cum humilitate uera uiuens oms uisiones & tentationes suas statī detegit & exponit humilr exami-ni & iudicio sui pris spūalis. Aut alio₄ senio₄ pat₄ spūaliū & tunc ut approbatū recipit qd ille uel illi approbat. & ut reprobata repudiat illa q̄ ille re-probanda diffinuit. Talis enim dña dico quod nō pot illudi et hoc ē textus clarus i libro collatio-nū pat₄ Joannis Cassiani collatōe secunda. capto & ut hac eadem Que loquitur ꝯ illo monacho sb spē angeli lucis ꝯlusō á diabolo. & eadem collatōe cap.º. Tunc moy-ses: Vbi idē abbas moyses de hoc loquitur i hec uerba. Nulla-tenus enim iqt ꝯcipi qs pot qui nō suo iudicio sed maio₄ uiuit exemplo. Nec ualebit ignorantie ei callidus hostis illudere qui uniuersas cogitationes corde nascentes pni-tiosa uerecundia nescit obtegere. Sed eas maturo examine senio₄ uel reprobat uel admittit. Illico naqꝫ ut patefacta fuerit cogitato maligna marcescit. & anq̄ discretionis

iudicium proferatur. serpens tete-
-rimus uelut a tenebroso subterra-
neo specu uirtute confessionis
protractus ad lucem. et traductus
quodammodo ac dehonestatus ab-
-scedit. Tam diu enim sugestio-
-nes noxie dominantur in nobis
quam diu celantur in corde. Hec ille
moyses et uide ibidem in capitulo
sequenti. Igitur cum prefata domina
Brigida uiuebat semper sub
speciali obedientia et doctrina
patrum spiritualium seniorum et uir-
-tuosorum etc. et habuerit ipse
profundissimam ueram humilitatem
et omnes uisiones et temptationes
suas ac etiam alia facienda humi-
-liter subiecerit obedientie exa-
-mini et iudicio predictorum et etiam
aliorum seniorum ut supra dixi. Ideo
clare concluditur ex predicta de-
-terminatione illius sancti patris mo-
-ysi et aliorum sanctorum patrum quod
omnia sibi reuelata in libris proces-
-serunt a spiritu sancto et non a dya-
-bolico illusore. et hoc est clarum et
manifestum signum apud omnes
uere spirituales. et doctrina generalis
omnium ad euadendum temptationes
et diabolicas sugestiones et illusiones.
Secundum signum uisionis diuine
in quo non potest anima decipi est quando anima
tempore quo uidet uisionem sentit se
totam tunc repleri. et quodammodo
dulciter inebriari et inflammari
igne infusionis dulcedinis caritatis
diuine. et quadam sapore eterne
dilectionis uel dulcedinis amoris dei.
Dico enim quod istam internam caritatem
et dulcedinem amoris diuini quam
diabolus non habet nullo modo potest eam
infundere in anima alicuius quia nullus
dat quod non habet. et ideo concluditur
quod qui talia operatur in anima deus est. Pre-
-sertim si tunc anima illa tota roboratur
et repletur illuminatione quadam firme
credulitatis et obediencie et reuerentie
fidei catholice et sancte matris ecclesie
vt habetur in iiij. libro celesti. lxxviij.
capitulo cum similibus. Probatur etiam
hoc pulchre per hugonem de sancto uictore
in soliloquio de arra anime in fine totius
tractatus ubi anima loquitur et dicens.
Hoc inquit ultimum interrogationis
mee suscipias quomodo. Quid est illud dul-
-ce quod eius recordatione me tangere
solet et tam uehementer atque suauiter
afficere ut iam tota quodammodo a me-
met ipsa alienari. et nescio quo extra-
-hi incipiam subito innouor. Bene esse
incipio ultra quam dicere sufficiam. Exhilara-
-tur conscientia. in obliuionem uenit pre-
-teritorum dolorum. exultat animus. clarescit
intellectus. cor illuminatur. desideria
iocundantur etc. Et ideo dicit beatus
Antonius. Cui anime ipsemet Vgo sic
pulchre respondens ait. Vere ille est
dilectus tuus qui uisitat te idest deus.
etc. Et ideo dicit beatus Antonius
ualde late et pulchre docendo disci-
-pulos suos discernere uisiones bonas
ab illusionibus ut habetur in uitis patrum
in primo libro in legenda beati antonij.
ibi. Nunc iam uobis ceteras demonum
explicabo fallacias etc. et ibi uide
plene. Dicit etiam Gregorius in moralibus

libro . xxviij . c . ij . quod cum deus per se-
-metipsum anime loquitur . Sola in nobis vis
interne inspirationis aperitur quia vir-
-tus eius intima quadam dulcissima sub-
-leuatione cognoscitur et cetera . Et uide hoc
clarius in . iiij . libro celesti . lxxviij . capitulo
et in ultimo libro . iiij . capitulo . et in capitulis
eiusdem celestis libri supra proximo pre-
-allegatis cum multis similibus . ex quibus
probatur quod omnia reuelata beate
brigide que in istis libris continentur
non ab illusore terribili sed a spiritu sancto
consolatore suauissimo fuerint ei mi-
-nistrata . Quod patet per istas allegationes
supradictas . et per illa consolatoria senti-
-menta similia que ipsa sentiebat tempore
quo uisiones uidebat et diuinas locutio-
-nes audiebat ut patet supra per uerba eius
que ibi continentur . Tertium signum
est in quo cognoscitur seu discernitur
uisio diuina ab illusione diabolica quando
scilicet anima existens in uisione siue cor-
-porali siue imaginaria et spirituali sen-
-tit per influxum intellectualis supernaturalis
luminis intelligibilis ueritatis . et com-
-prehendit tunc significationes ueras
illorum uisorum et uerborum et aperitur
clare tunc intellectus eius ac ostenditur
seu manifestatur ei ueritas illius ma-
-terie . Iste enim influxus intellectua-
-lis supernaturalis luminis seu uisionis
siue precedat uisio corporalis aut
imaginaria siue non nunquam a diabolo
potest infundi in anima sed solum a deo ut
ait thomas de Aquino in secunda se-
-cunde . t . de prophetia questione . lxxviij .
ubi sic dicit . Demones inquit ea que
sciunt hominibus manifestant . non quidem

per illuminationem intellectus . Sed per
aliquam imaginariam uisionem . aut
etiam sensibiliter colloquendo : sed non
intellectum illius illuminando . et in hoc
deficit et differt hec prophetia a
uera . Augustinus etiam in libro . xij .
super genesim ad litteram sic ait . Illuditur
autem anima et fallitur in corporali ui-
-sione et cetera . et postea subdit . In uisione
autem spirituali seu imaginaria idest
in corporum similitudinibus que in spiritu
uidentur : fallitur et anima cum ea
que sic uidet ipsa corpora esse arbitratur
et cetera . Post hec autem subdit dicens .
At uero in illis intellectualibus uisis
non fallitur anima et cetera . Et postea sub-
-iungit . et si uidentur futura ita
ut omnino futura noscantur quorum
imagines presentes uidicentur siue
ipsa diuinitus adiuta siue aliquo
interprete ipsa exponente quid significent
sicut in apocalipsis ioannis expone-
-batur . magna reuelatio est etiam
si forte ignoret ille cui hec de-
-monstratur : utrum e corpore exierit
an adhuc sit in corpore . sed spiritu
a sensibus alienato : uideat ista .
Usque hic Augustinus . Sed circa
hoc queri potest Que differentia est
inter reuelationem que fit conficte
humano intellectu . seu per illusionem
in imaginatione et intellectu hominis .
et illam que fit diuinitus per intellectu-
-alem uisionem . Respondeo secundum
Thomam de Aquino in secunda secunde
. q . clxxiiij . ar . ij . Quod prophetia
seu reuelatio que fit secundum imagi-
-nationem et iudicium humane mentis

fit secundum unum intellectualis luminis naturalis sed per donum prophetie divine confertur aliquid humane mentis secundum id quod pertinet ad naturalem facultatem quantum ad utrumque scilicet quantum ad iudicium per influxum intellectualis luminis. Et quantum ad acceptionem seu representationem rerum que fit per aliquas species. Et quantum ad istud secundum potest assimilari revelatio confecta humanitus. Aut diabolica revelationi divine prophetie. sed non quantum ad primum. Usque hic thomas de aquino. Ex quibus patet quod cum intellectuale lumen spirituale influitur anime existenti in imaginaria visione sive non existenti non a diabolo esse potest sed a deo. Concluditur ergo clare quod cum prefata beata domina in visionibus suis susceperit illum influxum luminis intellectualis et spiritualis. et semper ibi adfuit aliquis exponens ut christus aut mater eius vel angelus. Aut aliquis sanctus a quibus declarabantur et exponebantur ei similitudines ille et verba figuraliter sibi dicta. et ostendebantur illi vere significationes illorum visorum ut patet in libris suis. Sequitur ergo quod omnes iste sue revelationes et scriptura istorum librorum adeo ministrate sint qui talia operari potens est. Non autem ab illusore cui hoc facere impossibile est ut supra patet per augustinum et thomam. Quia in hoc differt visio illusoria a visione divina. et in hoc omnes sancti patres et doctores concordant. // Quartum signum est in quo differt visio seu revelatio boni spiritus ab illusione diabolica quando scilicet ille propheta seu videns semper vera predicit. et catholica misteria et documenta loquitur et honestos ac virtuosos mores indicat. et hec sunt signa quod talia adeo sint. quia diabolus in illusionibus suis interdum dicit vera ut decipiat et aliquando falsa. Sed spiritus sanctus semper vera et numquam falsa predicit. quod clare probat beatus thomas ubi supra sic dicens. In aliquibus enim signis discerni potest et in exterioribus prophetia demonum a prophetia divina. Unde dicit iohannes chrisostomus super matheum: quod prophetant in spiritu diaboli quales sunt divinatores. Sed sic discernitur quia diabolus interdum falsa dicit. Sed spiritus sanctus numquam. Unde dicitur deuteronomii xviii. c. Si tacita cogitatione responderis quomodo possum intelligere verbum quod non est locutus dominus. Hoc habebis signum quod in nomine domini propheta ille predixerit et non evenerit. hoc dominus non est locutus etc. Dicit ergo Augustinus in libro xii. super genesim ad literam quod quando aliqui stantes in extasi elevationis mentalis videntes in imaginaria seu spirituali visione aliqua signa vel imagines corporum. Quod si in hoc eos malus arripuerit spiritus aut demoniacos facit aut arreptitios: aut falsos prophetas. Cum autem bonus facit eos fideles misteria loquentes. Aut accedente divini luminis intelligentia veros prophetas. Aut ad tempus id quod per eos

opporte ostendi uidentes atque narran-
-tes. hec Augustinus. Et ideo cum ista
beatissima domina semper si bene intelligan-
-tur uera predixerit. nec in omnibus libris
suis aliquid falsum uel mendacium uel inho-
-nestum uel non catholicum dixerit. Sed
omnia uera annuntiauerit et confirmantia
fidem catholicam ac dampnantia hereticos
et semper uirtutes indicauerit ut patet
in isto libro et in alijs libris ei reuelatis
Ideo concluditur clare quod omnia
ista diuina gratia infusa et ostensa ei sunt.
et non illusione diabolica. // Quintum
signum in quo discernuntur uisiones
ministrate a bono spiritu uel a malo est
fructus ille et opera que procedit ab
illis uisionibus seu reuelationibus. Quia
secundum euangelium non potest arbor
mala bonos fructus facere etc. A fruc-
-tibus eorum cognoscetis eos. Nam prophetia
uera ordinata et data fuit hominibus
ex magna miseratione dei ad humanorum
actuum directionem et ad regimen agen-
-dorum. Aut ad reuelationem misteriorum
quasi quoddam lumen diuinum quo homines
dirigerentur et instruerentur tam in
cognitione fidei quam in omnibus operibus
uirtuosis secundum quod erat expediens
ad salutem electorum: et diuersificata fuit
prophetia semper secundum diuersifica-
-tionem temporum et negociorum: Sicut ponit
thomas in secunda secunde titulo de pro-
-phetia. articulo .ij. et c. ultimo. Nam
dicitur prouerbiorum .xxix. Cum defecerit
prophetia dissipabitur populus. Et ideo
quando uidemus quod ex talibus uisionibus
seu uerbis reuelatis mens illuminatur
intellectus et consciencia uidentis illustratur.

et uita eius corrigitur et emendatur
conuertuntur homines uitiosi ad uir-
-tuosam et religiosam uitam. et de guerra
et odio ad pacem. De superbia ad
humilitatem et obedientiam: et de
malo ad bonum. et hoc in multis personis
et diu perseuerat. Tunc certissimum
signum est quod tales uisiones et reue-
-lationes que talem fructum germinaue-
-runt et produxerunt non a diabolo
sed a spiritu sancto potius processerunt
quam facere diabolo impossibile est.
Immo totum contrarium procedit a
uisionibus seu potius illusionibus
suis. Consueuerunt enim deuiare
hominem a fide catholica: a bonis
moribus: a sana doctrina: ab obe-
-dientia. platorum et sacre scripture
ac etiam a subiectione sancte matris
ecclesie. Cum igitur ab istis uisioni-
-bus et reuelationibus et uerbis istorum
librorum reuelatis prefate domine
beatissime semper processerunt illa que
dei sunt. et omnis uirtus et mundicia
morum et conuersio et emendatio proxi-
-morum. reuelatio misteriorum: roboratio
fidei. Dampnatio hereticorum. Increpatio
uitiorum. et prophetia uera fu-
-turorum etc. Que omnia in libro hoc
et in alijs suis libris et per experien-
-tiam notoriam et manifestam in
multis personis et mundi partibus
sunt parentia. Ideo concluditur
necessario quod a fonte purissimo
et limpidissimo spiritus sancti et non
a tenebroso lacu fetido illusionis
hec omnia flumina processerunt
ut in isto moderno tempore uitiorum

caligine tenebroso per ista doctrina
sanctam in agendis suis homines in-
-struerentur et sic fugerent a terribi-
-li et stricta iustitia diuina in his
libris contenta ad gremium pietatis et
misericordie dei. // Sextum signum
est quod hec a deo sint et non a maligno
spiritu. Mors seu finis laudabilis et
uirtuose persone uidentis uisiones.
Nam sciendum est quod quando alique
persone a uisionibus seu potius illusioni-
-bus sub specie lucis longeue decep-
-te fuerint ostendendo eis diabolus
multa uera ut in fine in uno falso eas
deciperet. Communiter semper inueni-
-mus in scriptura sanctorum patrum quod
isti sic delusi in aliquos errores uel
morte mala aut subitanea. Aut
sine perceptione sacramentorum in fine
ipsorum a diabolo extincti sunt. Et
hoc uoluit deus semper ~~facere~~ aliis
patefacere ut a similibus illusioni-
-bus coloratis doceret eos cauere.
Sed per contrarium in sanctis suis quos
diuinis uisitationibus seu uisionibus
in uita eorum consolabantur et illumi-
-nabantur deus in eorum morte ope-
-rari solitus est. Quia in uita eorum
semper eos protegendo direxit ac
ipsos multis uirtutibus et miraculis
adornauit. In morte quoque per
aliquam singularem gratiam quasi quodam
approbationis iudicio eos mirifice
clarificauit. Sicut patet in ioanne
euangelista et in multis similibus.
Sic et fecit cum ista prefata spo-
-sa sua beatissima ipse bonus iesus.
Nam preuenta fuit eius uita su-
perna gratia quia ordinato progressu ab
infimis ascendit ad summa. Fuit enim
humilitate sublimis. mortificatione
uiuida. simplicitate prudens. omnique
morum honestate conspicua. propter quod
ipse eam in uita sua mirandis gratiis
supernaturalibus extulit. et diuinis uisio-
-nibus et locutionibus ad utilitatem
ecclesie seraphice decorauit. Nec non
et in fine uite mortem eius ante predixit.
et in exitu suo in signum approbationis
eius corporalibus oculis consolatorie
se ostendens ut dilectam sponsam
ad celestes nuptias ducere ipsius animam
dulcissimo amplexu recepit ut supra dic-
-tum est et uide hoc clare in ultimo libro
celesti capitulo ultimo et in legenda uite
eius. Tali enim approbationis sigillo
uoluit ipse deus scripturam istorum librorum
eidem sponse diuinitus reuelatam quodam-
-modo autenticare. Et ad utilitatem
ecclesie et fidelium eam mirifice sigillare.
Quia et cui in uita totiens per propheti-
-cam spiritualem et intellectualem uisionem
apparuit ante eius exitum mortem eius pre-
-dicendo semper plusquam propheticam scilicet
corporalem uisionem monstrauit.
// Septimum signum boni spiritus est clari-
-ficatio miraculorum post mortem uiden-
-tis uisiones. Nam qui usque ad mortem
per uisiones a demone illuditur dignum
non est quod post mortem diuinis mi-
-raculis clarificetur atque corruscet.
Et quia ista christi dignissima sponsa
a diabolo in uisionibus suis in uita sua
delusa non fuit. Ideo post eius exitum
multis et mirandis miraculis eam christus
decorauit et clarificauit per suscitatorem

multoꝝ mortuoꝝ: et ꝑ illuminatões
cecoꝝ et sanationes surdoꝝ: et per
innumeras curationes mirificas de di-
-uersis infirmitatibꝫ infirmoꝝ: ut quã
ipã in uita fecerat clarã post mortẽ
nobis ostenderet clariorẽ. Que oĩa in
tantum sunt notoria et manifesta et
ꝑ documẽta autẽtica diuulgata et
probata. tã in regno suetie quam in urbe
Roma et in regno Scicilie et in aliis
multis partibus mundi Vbi ad eius
memoriã et reuerentiã a fidelibus
imago eius depicta ꝑ multas ecclesias
inuenitur. quod alia nõ indiget pro-
-batione nec aliqua possunt iam tergiue-
-satione celari. // Hoc est mentes om-
-nium ista diuinitus reuelata legentiũ
uel etiam scribentiũ preparare debet ad
faciliorẽ credulitatis acceptionẽ et ueri-
-tatis quod tanta uerba tantaque miracla
in istis celestibꝫ libris tam seriose cõtenta
non aliã fidẽ predicat nisi quam xps
predicauit. Non nouũ nobis xpm nec
etiam antixpm inducunt: sed eundem
credendum amandũ feruentius et ti-
-mendũ nos admonet qui pro nobis pas-
-sus in cruce fuit. Nihil ueritatis que
in xpõ est subtrahunt aut addunt.
Sed misericordia et iustitia eius ad pro-
-fectum salutis nr̃e in eis quam in aliis libris
propheraꝝ diuinitus clarius ostenditur.
Docent enim nos uerba ista celestia is-
-toꝝ libroꝝ deũ timere recte: diligere
pie et desiderare celestia sapienter.
Probate igr̃ uos ista predictã legentes
uel scribentes et si aliter inueneritis
audacter contradicite hoc hetur in
.ij. libro celesti xiiij. c. in fine. Cedat
igr̃ temeritas suspitionis fallacis
sps ac detractio superba et iniu-
sulti iudicij: et detur locus glorie
et grẽ dei que tanto maior esse
dignoscitur quanto ignorantie et mo-
-dice fidei nostre uidetur incredi-
-bilior. Gratias ergo prĩ miseri-
-cordiaꝝ et deo totius consolationis
agamus. qui tot senescentis mundi
miserijs tot misericordijs occurrit
miseris ne labantur in baratrum
desperationis.

RECAPITVLANDO
igr̃ et repilogando supra-
dictum modum examini-
fiendi in ꝑsonis que uident uisiones
et reuelationes. Dico breuiter quod
ꝑsona que in examine reperitur uere
humilis: et ꝑsertim si uiuit sub
obedientia patris spũalis continue
cuius discretioni omnia subicit
Et mens eius in orõe rapta in exta-
-sim sentit singularẽ dulcedinẽ
amoris diuini. et tunc in imagina-
-ria uisione existens. Aut sola
intellectuali simplici sentit influxũ
sup nãlis luminis intellectualis ue-
-ritatis diuine et manifestatur ei
tunc ueritas illius materie. Et
semp uera predicit in uisionibus suis.
A quibus uisionibus fructus edi-
-ficationis et emendationis sui et
proximoꝝ semp procedit. dico quod
talis ꝑsona nõ illuditur a diabolo
nec uisiones eius sunt illusorie
et despiciende: immo totaliter

sunt diuine et humiliter tamquam de manu dei recipiende et credende: ac omnimode obediende et exequende ut ex omnibus supradictis patet breuiter. et ex dictis omnium doctorum et sanctorum patrum super hac materia multifarie diffuse loquentium.

AD PRESENTIS, QVIPPE, LIBRI.

Nunc ita materiam descendendo: Sciendum est quod iste liber infra scriptus intitulatur celestis Imperatoris ad reges. Qui reuelatus diuinitus fuit per spiritualem et intellectualem uisionem prelibate sanctissime domine Brigide cuidam serenissime principisse ueritie de regno Suetie que nata fuit ut supra dixi de illustri prosapia et patria regum gothorum. Dignum namque erat ut quam imperator Christus in sponsam acciperet et ad reges et imperatores specialem nuntiam et quasi quodammodo apostolam cum suis nouis litteris et uerbis euangelicis mittere. Non plebeia aut rusticalis prosapie: sed regalis propaginis et nationis existere. At uero quia in illo magno uolumine libri celestis in quo septem libri continentur multe reuelationes ad reges et imperatores pertinentes incluse iacebant et etiam extra illud quam plures eiusdem materie uagabantur. Et ut omnes eiusdem materie in uno eodemque uolumine texerentur: ideo de illo spatioso uiridario predicti libri celestis illas ad hoc pertinentes transsumptiue extraximus et quasi flores ad fabricandum nouam coronam regalem cum aliis extrauagantibus contexendo in istum librum compilando posuimus. Beatus enim qui legit et qui audit uerba prophetie huius libri et seruat ea que in eo scripta sunt. Tempus enim prope est. Ergo o uos Imperatores et reges ac omnes Regine et ceteri Principes inclinate capita uestra deo idest humiliate mentes uestras superbia ambitione et cupiditate plenas et suscipite humiliter istam nouam pretiosam celestem regalem coronam de manu tam regali et pulcherrime sponse Christi quam ipse uobis per eam tam benigne et misericorditer destinauit. hoc est istam sanctam presentis libri doctrinam. Que tractat qualem habitum: et quibus diebus reges coronam debeant portare: Ac etiam qualem morigeratam uitam debeant deuotam et honestam reges facere. Quales que regine uxores eorum esse debeant: Quales homines reges ipsi in consiliarios sibi assumant et teneant. Et quales a se remoueant et expellant. Qualiter milites creare et nobiles. ac etiam subditos et plebeios tractare debeant. Qualiter sua regna regant: et rem publicam promoueant et eam zelando tenera compassione custodiant. Qualiter passagium et guerras contra infideles discreto ac iusto et meritorio modo faciant. Et ultimate in hoc libro ostendit

eiſ ex ore ſedētiſ ī throno gladiuſ bis
acutuſ. ideſt iuſtitia dei terribiliſ ſr
aliquos regeſ q in uita ſua regno et co-
-rona pp pcca eoꝝ priuati et morte
mala et uictuperoſa iuſto diuine
iuſtitie gladio occiſi ſunt. Et ꝯ iuſti-
-tia dei terribiliſ contra alioſ reges
mortuoſ. quoꝝ aīaſ pfata ſponſa xpi
ī diuino iudicio miro et diſtricto modo
iudicari et cōdēnari uidebat. Vt regi-
-buſ ex hoc oſtēdatur moderniſ q acutus
et ſeuetuſ eſt iſte gladiuſ diuinuſ q
cum una acie acuta ſcidendo punit
aliquos ī honore et uita p humiliatio-
-nē et mortē. Alioſ uero cum alia acie
acutiori punit poſt mortē ī aīa p pena
horribilem ſcilicet dānatione eterna.
Vt ſic omneſ reges et principes ſciant qd
apud deū nō eſt acceptio pſonaꝝ: Sed oīo
intelligāt q diſtrictum an et poſt morte
iudicium diuinū expectet. Quantumq
et qualiter ī ſuiſ agendiſ deū formidan-
-do timeat. Idcirco nunc reges intelligite
et erudimini exiſtis omnes q iudicatiſ
terrā. Seruite domino ī timore et exul-
-tate ei cum tremore. Apprehendite
q ſo hanc humilitē diſciplinā nequn
iraſcatur dnſ. Quia cum exarſerit in
breui ira eiuſ beati omnes qui confidunt
ī eo. q puro corde et iuſto opere ſperaue-
-runt in eo. Qui rex eſt regum et domi-
-nuſ dominatiū: ī ſecula ſeculoꝝ.

// INCIPIVNT, RVBRICE, LIBRI,
CELESTIS, IMPERATORIS, AD
REGES, REVELATVS, DIVI-
-NITVS, BEATE, BRIGIDE,
DE, REGNO, SVETIE.

// Summuſ Imperator xps p Spon-
-ſam loquitur ad regeſ oſtendenſ ſe
eſſe uerū et omniū creatorē et regē
ī trinitate et unitate regnantē. et
dicit qualitē mundum ordinauit
regēdum duplici poteſtate ſcilicet
eccleſiaſtica et laicali q ī aptiſ petro
et Paulo pncipalr dſignantur. Capitulum 1.
// Summus imperator xps diſponit
hic primo d regibuſ quales conſili-
-arioſ debeat hre et dat eiſ decem
cōſilia utiliſſima et moralia. Capitulum 2.
// Summuſ Imperator xps diſponit
hic quod reges pceteriſ portent ho-
-neſtiore hitum et nobiliore īſigni
dignitatiſ et preeminētie. et dicit
quibꝫ diebꝫ et ſollemnitatibuſ debeāt
portare regalem coronā. Capitulum 3.
// Summus imperatō xps dat hic decē
conſilia ſalubria regibuſ quibꝫ conſi-
-liis debeant ſe regere ac regna et
ſubditoſ gubernare. Capitulum 4.
// Imperator xps cōſulit Regibuſ qd
aliqn legant exempla ſanctoꝝ qbꝫ
corda excitantur ad deū. et dat unī
Regi duos conſiliarioſ ſpualeſ oprtꝫ
ut eiſ obediat et ut aliſ reges ad
ſimilia prouocetur. Capitulū. 5.
// Imperatō xpus docet reges diligere
populoſ ſubditoſ tenēdo certoſ modos
regiminiſ precipiens eiſ qd amoueant
conſuetudineſ prauaſ et iniuſtas. Capitulum 6.
// Xpus imperator dicit regibuſ quod
ſi eum uolunt honorar ſeruēt precep-
-ta et uerba eiuſ. et augeāt eiuſ
honorē amando aīaſ ſubditoꝝ quaſ
ipē redemit ſuo proprio ſanguine. Capitulum 7.
// Omniū impr. xpus ad oſtendendū

regibus quod regine debent eligi deuote
et uirtuose ostendit hoc exemplo suo
qui elegit inter omnes feminas uir-
tuosiorem omni uirtute in matrem
suam et reginam celorum. Capitulum 8.
Imperator Xps loquens Sponse de qui-
dam Regina nouiter sponsata
regi. Dicit quod ex illo coniugio
orietur non salus regno: sed tribula-
-tio quia ipsa de damnato semine ab
ecclesia nata est. et infra etatem legiti-
-mam desponsata. Capitulum. 9.
Mater dei monet quandam reginam
mundanam moribus: quod conuertat
se ad deum dando de se deo folia
flores et fructum uirtutum in loquen-
do et audiendo bona et amando
deum et proximum. Capitulum 10.
Xps reprobat unum uotum continen-
tie coniugalis quod quidam Rex et
Regina coniuges uouerunt sine con-
silio et deliberatione matura: Ne
inde maius malum et detractio
oriatur: Capitulum. 11.
Xps docet hic reges cum quali di-
scretione debeant reprehendere uxo-
res suas: et monet pulchre unam re-
ginam deuotam: quod sit humilis et com-
passiua miseris plena caritate
prudens et modesta. Capitulum 12.
Xps ostendit Sponse cogitationes
suggestionum boni et mali spiritus que
in corde regine super proximo dicte
certabant inter se. Et determinat
dominus quid ipsa de illis debeat
eligere. Capitulum. 13.
Xps dicit Sponse de regina super
proxime dicta quod illa reputat
graue dictum consilium dei ideo annun-
tiat ei quod nisi obedierit cito uita
eius erit breuis. Ratio reddenda in
iudicio grauis. et finis dolorosus. Capitulum 14.
Beata Agnes exponit Sponse spiritualiter
unum currum materialem pomposum
in quo quedam Regina superba sedebat dicens
quod ille est currus superbie cum rotis ui-
-tiorum: Cuius auriga est diabolus. Et
describit alium currum spiritualem cum rotis
uirtutum cuius auriga est angelus. Capitulum 15.
Xps prohibet cuidam Regi ne recipiat
quendam adulatorem et sagacem in consilia-
-rium quia cupidus et dolosus est: et commina-
-tur regi si contrarium faciat. Capitulum 16.
Xps prohibet cuidam regi ne recipiat
amicitiam cuiusdam magni domini alie-
-nigene introducendo eum in regno suo
quem comparat uulpi quia superbus et dolo-
-sus est et depredator simplicium. Capitulum 17.
Xps dat cuidam regi duos consiliarios
optimos habentes diuinam caritatem et zelum
iustitie ostendens per hoc regibus quod ta-
-les consiliarios recipiat et non negligentes
et mundum amantes. et declarat quod
amicos suos deus exponit tribulationibus. Capitulum 18.
Regina celi declarat quod aliquando ipsa
loquitur dicit nos. Et quando loquitur
Xps dicit ego: et comminatur grauiter
cuidam regi si non seperauerit a se unum
iniquum consiliarium. et monet regem
quod sit uigilans. et sollicitus in dei caritate. Capitulum 19.
Mater dei dicit regibus: quod non reci-
piat consilia ab hominibus cecis et stultis
et mutis et infirmis in anima sed a sanis
spiritu et uirtutibus. Capitulum 20.
Quidam nobilis deridebat de deo coram
uno rege. et Xps comminatur eidem

nisi illu corripiat: Quia uidicet corripienti peccatore pp deum duplicabit corona. Dissimulanti uo duplicabitur pena. Capitulu. 21.
Regina sponsa a regibus i regno cipri qd orare deum pro rege et regno xps apparuit eidem sponse existen i ierlm et dat ei notabile documentu qd scribat regi et paruuo suo principi. Capitulum. 22.
Reuelatio secunda facta i ierlm et xps precipit p sponsam dicto regi cipri et principi. qd stati publicare eam toti regno sine mora ut se emendaret et qz no fecerunt ideo i prox destructi sunt p ianuenses terribilr. C.m 23.
xps innuit hic p exeplum qd reges humiles et prompti debet esse ad audiendum cosilia secreta amicoz dei: et si no sint adonata exteriori uerbosa eloquentia. Qz sepe illa q apd mundanos uidentur iusta: reprobata sunt apud deu. Cap.m 24.
Joannes euangelista dicit spose qd reges qui iniustos hoies diligunt iustos deprimut. Excessus corrigedos dissimulat. Subditoz bona auferri pmittunt. Grauamina i ponut et deum ope no honorat potius sut cora deo predones et proditores q reges. et dicit modum qualr se emdent. C.m 25.
Videbat sposa qualr beatus Dionisius orabat mrem dei pro regno fracie q exaudiens eu orat filiu cum eo humiliter. Capitulu. 26.
xps dicit sponse modu p que fiat pax iter rege francie et rege anglie et qd si reges ipsi no obedierint grauissime punietur. Cap.m 27.
Mater misericordie orat filiu cu beato dionisio pro regno fracie et anglie: et sup guerra istoz duoz regu: qui assimilantur duab bestijs ferocissimis. C.m 28.
Regina celi dicit p sposa cuidam Principi suo deuoto quod principes iusti et boni quando a regibs uocantur ad regimen rei publice debet oio acceptar illud onus regendi pp honore dei et utilitate multoz. C.m 29.
xps dicit hic quod reges debet conari cum cosilio spualiu et sanctum uiroz iustoz qd repatione spualr muri ierlm idest quod reformetur ois status laicoz et clericoz et religionum i pristinu et atiquu statum obedientie et obseruantie mandatoz dei et ecclesie. Cap.m 30.
Videbat sponsa i usioe cadere sole et luna i abyssu amisso splendore solito: q significat quendam rege et regina mutates bonos mores i malu. pp quod rex amisso regno captiuus mortuus e. C.m 31.
xps docet hic reges nouu et durum modu et formam creandi milites cuiusdam noue militie ad ipugnatione ifideliu et defensione sancte fidei et ecclie. C.m 32
Verba xpi ad sponsa de occursu demonu: ad aiam militis q apostatauerat a uera militia uirtuosa et sancta et militabat mundo et uicijs et de eius terribili iudicio dnatoe.

// Xps imperator ad preces iohannis baptiste et virginis marie concedit quod armetur unus miles eorum devotus spiritualiter quem ipsi ac petrus et paulus apostoli armant splendide prettiosis armis spiritualibus virtutum hic contentis notabile documentum pro militibus. Capitulum. 34.

// Xps narrat beneficia que fecit et facit militibus et conqueritur de ipsorum ingratitudine. et docet reges unam novam formam sibi gratam procreandi milites ad defensionem et ampliationem fidei et sancte ecclesie. Capitulum. 35.

// Xps verus imperator et rex benigne et humiliter ut pater et frater et dominus monet milites quod revertantur ad eum. Narrando penas quas passus est pro eis. et promittendo illis in stipendium si revertantur quinque premia gloriosa celestia. Capitulum 36

// Xpus ostendit hic quod gloriose boni et iusti milites recipiuntur ad celestem gloriam: per exemplum unius dicit unius boni militis defuncti Cui occurrebat angeli cum iubilo et tota trinitas cum gaudio mirifico. Capitulum. 37.

// Xps precipit regibus quod extirpent de regno suo phitones et sortilegos et divinatores qui arte diabolica decipiunt animas et homagiant se diabolo propter lucra temporalia. Capitulum. 38.

// Xps dicit hic regibus quod qui volunt passagium facere et guerram contra paganos movere. debent hoc facere intentione recta scilicet propter caritatem dei et animarum salutem corrigendo se prius et reformando regnum suum. C. 39.

// Xps dicit quod reges procedere volentes contra infideles primo admoneant eos quod convertantur cum benignitate et pace quod si renuerint infideles tunc gladius et manus sunt exercende contra eos. Capitulum. 40.

// Collocutio inter deum et sponsam de rege et iure hereditario regis in regno. et utrum rex possit aliqua alienare pertinentia ad coronam. et quando et qualiter possit alienata repetere et rehabere. Capitulum. 41

// Xps per exemplum conqueritur graviter de xpianis et ideo convertens se ad infideles et paganos precipit servis et amicis suis quod vadant ad convertendum eos cum caritate beniuola verbis dulcibus hic contentis. Capitulum. 42.

// Xps instruit reges quod quando vadunt contra paganos habeant duo vexilla scilicet passionis et iustitie dei. et quod ducant secum clericos et religiosos diversorum ordinum litteratos ac virtuosos et devotos. Capitulum. 43.

// Xps reprehendit quendam regem qui cum immoderata multitudine gentium ibat contra infideles non habita prius matura providentia futurorum eventuum. et reprehendit illos qui victorias bellorum attribuunt sibi et non deo. Capitulum. 44.

// Mater dei consulit regi eunti contra paganos quod habeat numerum gentium prefinitum. et quod non confidat de promissionibus divinitus sibi factis si ipse non servaverit que promiserat deo. C. 45.

// Virgo maria precipit per sponsum cuidam

episcopo eunti cum rege ad guerra
contra infideles. Quod qn aliqua pria
ifidelium acqsita fuerit istituat sta-
tim ecclesia cathedrale ubi xpiani
spualr consolentur. C. 46.
Mater dei narrat quomodo ipa est
uas repletum et replens gra et repre-
hendit queda igratum rege Suetie
q nolens in guerra sua obedire cosiliis
dei et spualium uiroz contra dei
uoluntate retrocessit de guerra ifi-
deliu cosilio mundanoz hominum
cum confusione. C. 47.
Mater dei declarat Sponse qr uerba
dei ita obscure proferuntur quod di-
uersimode interpretari possunt: et
quandoq alr a deo aliter ab homini-
bus intelliguntur. et qualiter tota
trinitas ostendit se sponse mirabilr
sub forma pulpiti et libri aurei: et
trium radioz trium coloz: Decla-
rans uisione sponse notabilr de
proprietate et essentia trinitatis et
libri uite: et qualr uidebat Sposa
ante diuinu tribunal iudicis mira-
bile iudiciu trium aiaz trium Re-
gum. Quoz unus erat uiuens et
alter ad infernum: Alius uero
ad purgatorium dampnabatur. et
sunt hic multa notabilia et laudabi-
li iustitia et misericordia dei. C. 48.
Xps declarat Sponse qr ds plaga-
uit pplm isrl i deserto et no i egipto
et de probatione moisi. et reprehe-
dit quenda rege cum cominatoe
qz no ppatiebatur subditis et regebat
p malos cosiliarios. Nec confidat i hoc
qd antea uocauerat eu amicu. C. 49.

Xpi uerba reuelata Sponse pro
imperatore Alamanie quod ipe
conetur reformare i ecclesia dei
quatuo sorores idest quatuor uir-
tutes que expulse sunt de sedib
suis. et quod deponantur et ex-
tirpentur quatuor uitia cotraria
q prodolor i ecclesia dominantur. C. 50.
Imperator xpus scribit imperatori
alamanie notificans ei qualiter
ipe ore proprio locutus est cum
Sponsa que i libro celesti scripta
sunt. et precipit ei quod uideat
et scrutetur ea: et conetur cum
summo pontifice ad cofirmatione
regule quam ipe dictauit Spose. C. 51.
Xps cosulit cuida regi q i obediens
fuerat cosiliis uirginis marie
quod uadat ad papa et petat ab
eo absolutione de certis grauib
peccatis suis hic cotentis: no occul-
tando peccata nec excusando sed
humiliando se toto corde: Quia
summa peccata p summu pontifice
sunt abolenda. C. 52.
Xps p Sponsa consulit supra prox
regi quod uadat ad papa non
cum pompa et magna familia lar-
giendo bona sua prodigaliter
ut laudetur i terris. Sed quod ua-
dat humiliter et sapienter hndo
familia necessariam honesta et
deuotam. Capitulum. 53.
Xps p Sponsam monet reges qd
exonerent et exgrauet se a pecca-
tis et exemplo angeli q precinctus
ad uia apparuit thobie pcingat
se zona idest cotinentia uerboz

et operum bonorum antequam exeant de mundo et quod portent vestes non detruncatas sed honestas et gestus moderatos. Capitulum. 54.

// Christus consolatur Sponsam et dicit ei quod non sileat verba dei sibi revelata et si ex hoc improbetur nec ea loquatur propter laudes hominum quia quibus divina consilia dantur si eis obedierint obtinebunt misericordiam promissam. Si vero contempserint incurret iustitia. Capitulum. 55.

// Deus pater declarat Sponse et ostendit ei seriose processum terribilem divini iudicii factum contra quendam ingratum regem adhuc viventem et inobedientem divinis consiliis. et qualiter Sponsa videbat agnum et in eo faciem humanam et in altari divine maiestatis in celo. et in eodem instanti videbat eum in manu presbiteri celebrantis in mundo. et qualiter famuli et subditi regum afflicti existentes in mundo et in inferno et purgatorio congrebantur deo graviter de eisdem regibus et principibus suis. et omnes sancti petebant super eos iustitiam: et est notabile documentum. C. 56.

// Mater dei dicit Sponse quod propter tria peccata plaga dei venit super regnum. et ideo deus per alia tria bona placari potest. Primo quod gentes assumant humilitatem veram et honestatem in habitu. Secundo per certas elimosinas. Tertio per processiones et missas hic contentas. C. 57.

// Celestis imperator Christus pro tribunali sedens arguit graviter reges et principes terre et omnes status de ingratitudine ipsorum: cum comminatione terribilis sententie ire sue. Admonet tamen eos quod convertantur et recipiet eos cum misericordia sicut pater. Capitulum. 58.

// EXPLICIVNT. RVBRICE.

// INCIPIT. LIBER. CELESTIS. IMPERATORIS. AD. REGES. REVELATVS. DIVINITVS. BEATE. BRIGIDE. DE REGNO. SVETIE.

// Sequitur Rubrica: Sumus. etc.

V IDI. PALATIVM. GRANDE. INCOMPREHENSIBILE. MAGNITVDINE simile celo sereno: In quo erant innumerabiles persone sedentes in sedibus indute vestibus albis et fulgidis qui radii solis. In palatio vero vidi thronum mirabilem in quo sedebat quidam homo fulgetior sole incomprehensibilis pulchritudinis et immense potentie dominus. Cuius splendor erat

icomprehensibilis i longitudine et profunditate et latitudine. Virgo aut queda stabat iux sede throni mirabili fulgore corruscans hns i capite ptiosam corona: et omnes illi adsistentes seruiebant sedenti i throno laudantes eum i hymnis et canticis: et honorabant illa uirgine reuerenter ut regina celoz. Ille igr qui sedebat in throno uoce honestissima dixit mihi. Ego sum creator celi et terre vnus cum pre et spu sancto uerus ds. Quia ds est pr: deus filius: Deus sps sanctus: no tres dii sed tres persone et unus deus. Nunc aut querere poteris si tres sunt persone quare no tres dii. Respondeo tibi quod ds est ipa potentia: ipa sapientia: ipa bonitas a qua e omnis potestas infra celu et supra. Omnis sapia et omnis pietas que posset cogitari: itaqz deus trinus est et unus. Trinus in psonis unus in natura. Nam potentia et sapientia e pr a quo sunt omnia et qui est an omnia. Potens no aliunde sed a se ipo et eternaliter. Potentia et sapia etia filius e equalis pri no a se ipo potens sed a pre potenter et ineffabiliter genitus. principium de principio: et a pre nuqua seperatum. Potentia et sapientia e et sps sanctus a pre et filio procedens. eternus cu pre et filio et equalis i maiestate et potestate. Vnus ergo ds et tres e qz una na trium. una operatio et uoluntas: una gloria et potestas. Qui ita e unum essentia quod et sunt distincti proprietate psonaz. Nam

totus pr est i filio et spu. Et filius i pre et spiritu. Et spiritus in utroqz i una deitatis natura. No sicut prius et posterius. Sed i effabiliter ubi nihil est prius aut posterius. Nihil alio maius aut minus uel altius: sed totum i effabile et equale. Propterea bene scriptum e quod ds est mirabilis et multu laudabilis. Deitas quippe misit spm suu Marie uirgini p angelum suu gabriele: nihilominus tn idem deus mittens et missus a se ipo erat cum angelo. Erat cum i gabriele et ante gabrielem in uirgine. Dicto aut uerbo ab angelo uerbum factum est caro in uirgine. hoc uerbum ego sum qui loquor tecum. Pr enim misit me per se ipm cum spu sancto i uentre uirginis. Non sic quod angeli caruerint uisione et presentia deitatis mee sed ego filius qui fui cum pre et spu sco i uentre uirgineo: ide eram i celo cum pre et spiritu i uisione angeloz omnia gubernans omniaqz sustetans. licet humanitas mea a me solo assumpta requieuit i uentre marie. Ego igr in deitate et humanitate unus ds ad ostensionem caritatis mee. et i robur sancte fidei xpiane no dedignor loqui tecum. et licet humanitas mea uideatur esse iux te et loqui tecum: Verius tn est qd aia tua et intelligentia tua mecu est et i me. Nihil enim mihi est impossibile.

et nihil difficile i celo et i terra. Ego
quippe sum sicut rex potens q cum
exercitu suo ueniens ad ciuitatē oīa
loca implet omnia occupat. Sic grā
mea omnia mēbra tua replet omnia
fortificat. ego deniq sum inte et ex
te. Ego q̄uis loquar tecum idem tn̄
sum i gloria. Quid mihi difficile ē
qui potentia mea omnia sustento.
Sapientia mea omnia dispono. uir-
-tuositate mea omnia supero. Ego
igr cum pr̄e et sp̄u sancto sine pn-
-cipio et sine fine unus deus qui
pro salute hominū i humanitate
assumpta: deitate illesa pmanēte
uere passus fui resurrexi et asce-
-di ueraciter nunc loquor. Ego
sum uerus et summus imperator
et dn̄s. Nullus enim dominus
ē me excellentior nec ante me
fuit. nec post me erit. Sed omne
dominiū est á me et p me. Ideo ego
uerus sum dominus. Nec aliquis
uere dominus dicendus ē nisi ego
solus: Quia á me ē omnis potestas
et dominatio. et potentie mee nul-
-lus resistere poterit. Ego sum rex
corone. Numquid sponsa mea scis
tu qr dixerim rex corone. Certe
deitas mea sine principio erat et
sine fine erit et est. hec igr
deitas merito corone assimilatur
qz corona sine principio et sine
fine ē. Sicut aūt i regno corona
seruatur regi futuro: sic deitas
mea seruabatur humanitati mee
qua ipa coronaretur. Ego aūt
habui duos optimos famulos. Vnus
eoꝝ erat clericus et alter laicus. Pri-
-mus erat petrus apłs meus. clerici
officium h̄ns. Secundus fuit apłs
Paulus qi laicus. Petrus fuit illigatus
cōiugio qui uidens cōiugium cum
officio clerici nō posse conuenire et
rectitudinē mentis sue i continētia
periclitari perpendens seperauit se
q̄tum ad commistionem carnalem á
coniugio: q̄uis licito et perfecta mēte
adhesit mihi. Paulus aūt castitatem
seruauit et se imaculatum á thoro
custodiuit. Ecce qualē caritatem
cum istis duobꝫ feci: Nā petro dedi
claues regni celoꝝ ut quecumqꝫ ligaret
et solueret i terra ligata et soluta essēt
i celis. Paulo uero dedi ut similis pe-
-tro fieret i gloria et honore. Et ideo
scias quod sicut i terra pares fuerūt
et coniuncti: sic nunc i celo in gloria
perpetua. coniuncti sunt et glorificati
Sed licet istos duos expresse notaui
tn̄ i eis et cum eis alios pontifices et
reges et amicos meos intelligo. Quia
sicut olim i lege ad solum isrł qi ad
unum hominem loquebar cum tuto-
-tum israheliticum populum notabam.
Sic nunc i istis duobꝫ plures intelligo
quos gloria mea et caritate mea atqꝫ
claritate mea repleui. Procedente
aūt aliquo t p̄e ceperunt mala multi-
-plicari et caro infirmari. et procli-
-uior solito ad malum esse. Propterea
utriqꝫ statui clericoꝝ scilicet et lai-
-coꝝ quos i petro et paulo intelligo
misericorditer consulens. pmisi cleri-
-cos bona ecclesie ad utilitatē corporis
moderate hr̄e ut eo feruetiores: et

frequentiores eſſent ĩ ſeruitio meo. Pla-
cuit ē mihi quod laici honeſte uiuere
ĩ coniugio ſuo iux ritum romane ec-
cleſie.

E Go ſum uerus rex & nullus ē
dignus uocari rex niſi ego qz
a me ē omnis honor & poteſtas.
Ego ſum q iudicaui primũ angelum
qui cecidit pp ſuperbiã cupiditatẽ
& inuidiã. Ego ſum qui iudicaui
Adam & chaim: & totum mundum
ĩmittẽdo pp hominũ peccata diluuiũ.
Ego idem ſum q populum iſraheliticũ
pmiſi ĩ captiuitate uenire. & eum ĩ
ſignis mirabilibus d captiuitate mirabi-
-liter eduxi. In me ē omnis iuſtitia: &
erat ſine principio & ſine fine erit.
Nec aliqn iuſtitia minuitur apud me.
ſed ſemp uera ĩ me pmanet immutabi-
-lis. Et qz rex iſte ſuetie querit a te
humiliter quomodo ĩ regimine uiuat
iuſte & prudenter: ideo ego ĩdicabo
ei. // Decẽ igr ſunt ei facienda.
Primũ eſt quod remoueat a ſe illos cõ-
-ſiliarios quoꝝ corda ſunt ambitioſa
& cupida. quoꝝ lingua duplex et
doloſa. Quoꝝ oculi ſunt ad ſpũalia
lippientes. eligat uero illos qui non
uendunt iuſtitiã pro pecunia. Qui
erubeſcunt mendacium & aſſentatio-
-nes. Qui diligunt deum plusq̃ carna-
-lia: & qui proximoꝝ miſeriis com-
-patiuntur. // Secundum eſt qz uolo
quod ipe rex adiuuet ſuo ſubſidio

ad edificationẽ monaſterii tui.
Cuius regulã ego ipe dictaui
// Tertium eſt quod ipſe mittat uaſ-
-ſallos ſuos & gentes ad illa loca
infidelium. Vbi fides catholica
& caritas augeri põt. Nã ideo
uaſſalli ſui interfecti fuerunt
ĩ ciuitate hamnis qz ipe ãbiuit
partẽ regni alieni xpianoꝝ.
// Quartum ē quod ipe rex legat
quotidie horas beate uirginis mris
mee. Et cum iudicia & aliqua ar-
-dua ĩter manus hũerit dimittere
põt horas diei. Audiat ē duas
miſſas priuatas uel unã cantatã
omni die. Recordetur q̃ omni
die quinq3 uicib3 d quinq3 uulne-
-ribus meis q̃ pro eo ſuſtinui ĩ cruce.
// Quintum eſt quod ieiunet uigilias
ſanctoꝝ & matris mee q̃ ab eccla
ſancta cõſtitute ſunt. Sextã uõ
feriã ieiunet ĩ piſcibus. & ſab-
-batum ſi uoluerit ĩ lacticiniis.
Quadrageſimã uõ obſeruet iux
morẽ pᷓrie. Sed hoc attendat in
ieiunio ſuo quod ſit moderatus &
temperatus ne pp ĩconuenientia
ieiunia: Aut pp indiſcretas uigi-
-lias & prolixas orationes priuatas
tepidus ſit ĩ conſiliis. aut remiſſus
ĩ iudiciis faciendis. Sed quando
labor maior ei accreuerit tunc
obediat cõſilio & poteſtati & diſ-
-penſationi platoꝝ ecclie mee.
// Sextum ē quod quelibet dcimũ
dnariũ q fiſco regio debetur
tribuat ĩ elimoſinam pauperibus.
Si uero aliqua pie ſup erogare

ob amorem meum uoluerit certa de
causa maior tunc erit ei merces.
„Septimum est quod omni sexta fe-
ria colligat tresdecim pauperes et
lauet pedes eorum et tribuat eis uic-
tum et pecuniam manu sua: nisi
forte fuerit in uia propter quam talia sunt
obmittenda. Ipsa quoque sexta feria
ex occupet se totum quando sit re-
sidentia quieta et audiat illa die
querimonias subditorum communitatis
regni. Et tunc etiam inquirat de fide-
litate et regimine prepositorum et
iudicum regni et uassallorum. et
de exactoribus seu collectoribus
tributorum seu redditum regalium.
„Octauum est quod ipse rex sit di-
scretus in donis suis et sic uni tribuat
quod alijs non sit auarus. Et si ali-
cui pro iuste merito et ampliori
labore plusquam alijs donare uoluerit
et hoc faciat cum maturitate et
cautela ne notetur in rege inequali-
tas uel occasio murmurationis. Quia
nihil sic reprehensibile in potentibus
dominis est sicut prodigalitas aut
nimia tenacitas. Et nihil ita decet
et ornat regem sicut imperare cum
modestia. et laborantes in seruitio
suo remunerare cum caritate.
Poterit et rex dare dona sua et
extraneis conseruantibus pacem regno
suo. et ijs qui necessitatem patiuntur.
Sic tamen hec faciat quod uassalli et
familiares proprij non negligantur
aut eorum obliuiscatur. „ Nonum
est quod legem dei non transgrediatur
nec nouas inducat consuetudines
contra statuta laudabilia. Nec potesta-
tiue disponat et iudicet que occurrunt
menti eius. Sed iuste secundum legem
dei et regni agat omnia quia non decet
regem multa precipere et nihil agere.
iustitiamque relinquere et crudeliter impe-
rare. „ Decimum est quod rex se talem
operibus exhibeat quatinus dignus
sit nomine regio fugiendo cupiditatem
et diligendo ueraciter humilitatem.
Quia quanto rex maior est ceteris
tanto humilior sit coram deo a quo
omnis potestas est. Qui ita in iudicio
rationem strictam exiget a rege sicut a
populo et plebe.

F ILIVS, DEI, LOQVITVR,

Quia homo contempsit obedire deo
ideo necesse est ut obediat homini
simili sibi. Et quia rex a deo constituitur
ad iudicandum et regendum iuste
ideo dignum est ut honoretur et timea-
tur a subditis. Ergo ut rex discernatur
ab alijs necesse est ut habitum discretum
et honestum et honorabilem habeat pre alijs.
Quia sicut honor regis est iustitia et iu-
dicium sic honor plebis est pulchritudo
regis et honestas eius. Propterea permitti-
tur regi habitus honorabilis et honestus.
Quem cum portauerit non superbiat
ex permissione sed humiliter se considera-
do onus officij sui. „ His autem diebus
potest rex portare coronam in capite scilicet

in die sollempnitatis natiuitatis mee. Apparitionis. Pasce resurrectionis. Pentecostes. Ascensionis. Assumptionis matris mee uirginis. Exaltationis crucis. Omnium sanctorum. Et omnibus illis diebus quibus iudicia generalia tenet. Et diebus illis quibus facere debet milites. Nam sicut in diebus festis humanitatis mee et glorificationis sanctorum meorum totus exultat celestis exercitus propter beneficia mea: Sic de iustitia regis que notatur in corona gaudere debent iusti in terris. **Et de retributione regis exultat tota curia celestis.**

existentes: q mihi fidelit seruiunt. et
me toto corde diligunt: laboribz suis
et precibz lacrimosis, inclinauerunt me,
ad hoc ut facerez uos intellige p istaz
meam reuelationez graue uitaz periculu
aiaz. Quia aliquibz dcoz amicoz me-
oz ibidez diuinitus ostensum fuit: q in-
numerabiles aie, de dco regno cypri
a celesti gla excludunt. et ad gehenale
mortez eternalit pdemnant. Ista aut
supdca uba loquor ego. ad illos xpia-
nos latinos obedientie Romane eccle
subiectos, q mihi i baptismo rectam
fidem romanaz catholicaz deuouerunt.
Et p opa mihi contraria. a me totalit
recesserunt. Greci aut q sciut q
omes xpiani tenere opotet unam
tantuz fidem xpianaz catholicaz: Et
uni solum subesse, eccle scilz romane.
unumq solu uicarium meuz gnalem
i mundo. scz summuz Romanu pontifi-
cem, sup se spuales hre pastorem.
Et tam nolunt se eidz eccle Romane
et uicario meo spualit subicere. et
humilit subiugare pp eoz pertinacez sup-
biam: aut pp cupiditatez: uel pp car-
nis petulantiam: siue pp aliqd aliud
qd ad mundum ptinet. indigni sunt a me
ueniam et miaz obtinere post mortez.
Alij uo greci q desiderant uellent,
sed scire no possunt fidez catholicam
Romanaz. Et tam si scirent, et
possent eam deuote et libent reciperent.
et Romane eccle se humilit subiugarent.
Et nihilominus scdm ipsoz psciētias
i statu et fide sua i qua sunt, abstinent
a peccato. et pie uiuunt. Istis talibus

uitam rodeunt

ato a peccando

Ihesus

in suppliciis post ipsorum mortes misericordia mea debetur. Quando ipsi ad iudicium meum vocati fuerint. Sciant etiam greci, quod eorum imperium et regna sive dominia, numquam stabunt secura, seu in vera pace tranquilla: Sed inimicis suis semper subiecti erunt. a quibus semper sustinebunt gravissima damna: et miserias diuturnas: donec ipsi cum vera humilitate, et caritate se subiecerint ecclesie, et fidei Romane. eiusdem ecclesie sacris constitutionibus, et ritibus se totaliter conformando. „ Hiis autem sic visis et auditis in spiritu per sponsam dicta visio disparuit. Et tunc remansit sponsa cum magno pavore et ammiratione suspensa: –

FILIUS dei loquitur sponse. Medicus quidam venit in regionem longinquam, et ignotam in qua Rex non regebat, sed regebatur, quia habebat leporinum. Et sedens in trono regali, quasi coronatus asinus apparebat. Populus vero suus vacabat comessationibus. et sic honestatis et equitatis oblitus. Omnes de futuris bonis celestibus consulentem ~~debat~~ odiebat. Cumque Medicus se presentaret Regi, et de terra delectationis se esse diceret, et causa cognitionis infirmitatum hominum se affirmaret venisse. Rex ammiratus de homine, et de loquela eius: Respondit. Ego habeo duos homines in carcere cras decollandos. Et alter eorum vix respirare potest. Alius vero Robustior et corpulentior est nec

quam cum incarceres ingressus. atque iniectus est. Ingredere igitur ad eos, et contemplare vultus eorum, quis ipsorum melioris complexionis sit. Cumque ingressus fuisset Medicus et vidisset eos: dixit Regi: homo quem Robustum dicitis. similliman mortuo, nec vivere potest. De alio vero spes bona est. Cui Rex. unde inquit tu nosti hec. Et Medicus quia inquit alius impletus est humoribus vetusti humoribus, et vento nocivo: nec curari potest. Alter exinanitus factus potest curari: atque sanari: mediante lenitate aeris. Et tunc ait Rex convocabo nobiliores meos et sapientes, ut visa sapientia et industria tua gloriosus appareas in oculis eorum. Cui Respondit Medicus. Nequaquam inquit hoc faciam. Scis enim populum tuum insidum esse glorie: et quem non potest opere, persequitur, et depravat verbo. Sed expecta, et ostendam tibi soli in conclavi sapientiam meam: Sic enim instructus sum et doctus scilicet sapientiam meam plurimam habere in secreto: et modicum in aperto. Nec quero gloriam in tenebris tuis. cum in luce patrie mee glorior. Sed nec tempus sanitatis adhuc est: donec ventus australis afflaverit: et sol in meridie apparebit. Cui Rex quomodo possent fieri ista in terra mea. In ea enim sol rarissime oritur. quia extra climata sumus. Et ventus Aquilonaris semper dominatur nobis. Sed quid mihi sapientia tua prodest: et tanta mora sanitatis. Video enim te satis verbis habundare. Respondit Medicus. Sapientis est non esse subitum. Sed ne tibi superbus: aut

ingratus appaream. Da mihi iſtos
duos homines in poteſtate, et ducam
eos ad fines regni tui: ubi aer eſt
competentior. atque temperantior. et
tunc uidebis quantum opera mea,
quantum ut ualebunt verba. Cui rex
altioribus inquit et utilioribus occu-
pati ſumus. Quid nos diſtrahis? Et
Aut quid confert nobis magiſterium
tuum. Inpñtibus enim bonis delectamur:
que uidemus et poſſidemus. Ad fu-
tura uero et incerta non aſpiramus.
Verumtamen ſuſcipe homines illos (ut
petis.) Et ſi oſtenderis in eis aliquid
magnificum et dignum admiratione,
predicabimus te: et predicari facies
glorioſum. Suſceptis ergo a Medico
hominibus illis, et ad temperiem aeris
deportatis: Alius tranſiit ad mor-
tem. Alius uero blandimento aeris
refocillatus reuixit. Medicus
ille ego ſum. qui mederi cupiens
hominibus verba mea miſi mundo
preſenti: quamuis autem infirmitates mul-
torum uidi. duos tamen oſtendi tibi. In
quibus et iuſtitiam, et miſericordiam meam
potes admirari. Vnum enim oſtendi
tibi, quem diabolus poſſedit occul-
te: sed eternaliter puniendum. Cuius
tamen opera hominibus uidebantur, et lau-
dabantur tamquam iuſta. Alterum uero
oſtendi, cui aperte dominabatur diabolus.
Sed ſanandum dixi tempore ſuo. licet
non hominibus aperte, ut tu credebas.
Nam fuit iuſtitia diuina. Et
ſicut ſpiritus malignus paulatim
in eum dominari ceperat: sic eadem
dictabat iuſtitia, ut paulatim
egrederetur. Sicut et egreſſus eſt,
donec anima carne ſoluta peruenit
cum ea diabolus ad iudicium. Cui dixit
iudex: tu purgaſti eam, et cribaſti a
quasi triticum. nunc autem pertinet ad me
pro confeſſione ſua duplici corona co-
ronare eam. Recede igitur ab ea, quam
tanto tempore purgaſti. Et ait ad animam.
Veni, o, felix anima, et uide ſen-
ſibus ſpiritualibus gloriam meam, et iocun-
ditatem meam. Ad alteram uero animam
dixit. Quia fides uera non fuit in
te: et tamen quasi fidelis glorificabaris, et
laudabaris. et quia opera iuſtorum
perfecta non ſunt inuenta in te: propterea
merces illa fidelium non erit in te.
Tu quoque in uita tua queſiuiſti: Cur
uolui mori pro te: et humiliari tan-
tum pro te. Ideo reſpondeo tibi nunc
quia fides eccleſie ſancte uera eſt, que
ſurſum trahit animas. Et paſſio
mea, et ſanguis meus introducit
eas in celum. Ideo infidelitas tua,
et amor tuus uanus, deprimet te
ad nihilum: et nihil eris reſpectu
ſpiritualium eternorum. Quare uero diabolus
non egrediebatur uidentibus cunctis
de homine illo. Reſpondeo Mundus
iſte eſt quasi uile tugurium reſpectu
tabernaculi, quod inhabitat deus, popu-
luſque domini exaſperans. Ideo paulati-
ne, ſicut ingrediebatur, ita etiam
egrediebatur.

pparuit sponse psona quedam
hois, cuius crines uidebant
circũcisi cum obbrobrio. et
corpus punctum erat oleo, totusque
mutatus. atque notatus: sed nihil eru-
bescens. Qui ait ad sponsam. scriptura
quam vos vocatis sanctam, dicit sic.
quod nullu opus sine remuneratione
erit. hec est illa scriptura que apud
vos biblia vocatur. sed apud nos est
fulgida quasi sol resplendens incompa-
rabilius auro. fructificans quasi semen
quod centuplum ex se pfert fructum.
Sicut enim aurum cetera precellit metalla,
sic scriptura, quam vos dicitis sanctam
nos uero vocamus in celo eam auream
precellit omnes scripturas. quia in ipsa
honoratur et predicatur uerus deus.
Patriarcharum replicantur opera: et prophetarum
explanantur Infusiones. Ergo quia
nullu opus sine remuneratione
est, audi que loquor. Rex
iste pro quo tu supplicas, ~~pdattor~~ est,
proditor animarum: prodigusque effusor divi-
tiarum. Itaque sicut nullus proditor
est peior illo: qui diligentes se prodit.
sic iste spiritualiter multos prodidit.
carnaliter diligendo In iustos. Iniuste
exaltando Impios. Iustos depriment-
do, et excessus corrigendos dissimu-
lando. Secundo nullus predo pe-
ior est illo, qui prodit eum, qui In
sinu eius caput suũ reclinat. Sic
populus regni, qui In sinu suo erat,
quem Iste Rex miserabiliter depredatus
est. Aliorum bona auferri permittendo.
Aliis Intollerabilia Imponendo: Aliorum
Iniurias dissimulando, et Iustitiam

coni deo

semper negligenter, et remisse exercendo.
Tertio, nullus fur peior est illo, qui
creditis sibi omnibus, et acceptis clavibus
furatur dño Inuito. Sic iste Rex
accepit claves potestatis et honoris,
quibus Iniuste, et prodigaliter usus est.
nõ ad honorem dei. Sed quia aliqua
sibi placita dimisit amore mei.
Ideo consulo sibi tria. Primo
quod sit sicut ille euangelicus, qui
relictis siliquis. atque siliquis por-
corum rediit ad patrem. Sic Ipse con-
temnat divitias et honores, que
respectu eternorum, nõ sunt nisi si-
lique porcorum, redeundo cum hu-
militate et devotione ad patrem
suũ deum dominum yhesum christum.
Secundo dimittat mortuos suos
sepellire, et sequatur viam artam
crucifixi dei. Tertio relinquat
grave pondus peccatorum suorum, et
Ingrediatur per viam illam, que
In principio est arta, sed Infine
gaudiosa. Tu quoque qui vides
me: Intellige quod ego sum ille
qui scripturam auream plenius
agnovi. et agnoscendo augmen-
tavi. Ego fui nudatus Ignomi-
niose, sed quia patienter sub-
stinui, deus uestivit animam meam
veste Inmortali. Ego etiam fui
Intinctus oleo. Ideo nũc gau-
deo oleo letitie sempiterne.
Ego etiam post matrem dei levissima
morte de mundo transiui, quia
custos matris dei fui. et corpus
meum est in loco quietissimo, et se-
curissimo.

[C]Um essem orando sola vidi quatenus beatus Dionisius loquebatur ad Mariam virginem matrem domini dicens. Regina misericordie, tu es, cui data est omnis misericordia: et mater dei facta es propter miseros salutem. Miserere igitur regno Francie tuo et meo. Tuo quia habitatores eius te pro modulo suo honorant. Meo autem quia patronus eorum sum, et in me habent fiduciam. Tu quidem vides, quante, et quot anime periclitantur omni hora: et hominum corpora quasi bestie prosternuntur. Et quod gravius est: anime infinite quasi nix descendunt in infernum. Consolare ergo eos, et roga pro ipsis ad filium, quia domina es et adiutrix omnium. Respondit mater misericordie. Precedas ad filium meum, et audiam per sponsam que astat quod ipse respondebit:-

[M]ater dei loquitur ad filium dicens. Benedictus sis tu fili mi. Scribitur quod ego dicebar benedicta, que te portavi in utero meo. Tu vero respondisti, quod ille est benedictus: qui verba tua audiret et servaret. Illa ergo fili mi, ego sum, que verba tua memoriter in corde meo servavi. Ideo reduco tibi verbum quod dixisti petro querenti si dimitteret peccanti usque septies. Respondisti dimittendum usque septuagesies septies. notans per hoc, quod quotiens aliquis se humiliat cum voluntate emendandi, totiens tu paratus es dare misericordiam. Respondit filius. Testimonium tibi perhibeo quod verba mea fuerunt radicata in te sicut semen quod seminatur in pingui terra, dans ex se fructum centessimum. Sic et virtuosa opera tua omnibus faciunt letitie fructum. Ideo pete que vis. Respondit mater Rogo te cum Dionisio et aliis sanctis: quorum corpora in hac terra istius Regni Francie sunt: anime vero in celo. Miserere isti regno. Ego enim per similitudinem loquendo per istam sponsam que presens est spiritu. video quasi duas bestias ferocissimas qualibet de genere suo. Altera enim est cupidissima deglutire, que potest habere: et quo plus comedit, eo magis esurit. Nec saciatur fames eius. Bestia vero secunda nititur super omnes ascendere. Iste bestie habent tria mala. Primo terribilem vocem: secundo sunt plene periculoso igne. Tertio quelibet desiderat alterius cor in se deglutire. Et una inquirit in dorso alterius dentibus suis invenire ingressum ad cor, ut mordendo occidat. Altera vero habet os ante pectus alterius volens ibi inquirere ingressum ad cor. Vox terribilis istarum bestiarum auditur longe, et omnes bestie que apto ore veniunt, erunt ardentes igne istarum bestiarum. Ideo cadent in mortem. Ille vero bestie que clauso ore veniunt privantur vellere

cessus

et discedunt nude. In istis duabus
bestiis intelliguntur duo Reges scilicet
Francie, et anglie. Rex alter non sa-
tiatur, quia bellum suum est ex cupidita-
te. Rex alius nititur ascendere, quia
bellum suum est ex ira. Et ideo am-
be sunt plene igne ire et cupidi-
tatis. Vox bestiarum est talis re-
cipe aurum et divitias mundi: et
non parcas sanguini xpianorum. Que-
libet istarum bestiarum desiderat alterius
mortem: et ideo quelibet querit alterius
locum ad nocendum. Ille vero querit
in dorso nocere, qui in iustitiam suam
desiderat audiri esse iustitiam: et
ut alterius iustitia diceretur esse iniu-
stitia. Alius autem querit in pectore
nocere cordi, qui scit se habere iustitiam.
Et ideo facit multum dampnum non curans
de perditione et miseria aliorum. Nec in
sua iustitia habet divinam caritatem.
Ideo ergo querit in pectore alterius in-
gressum, quia ipse maiorem habet iusti-
tiam ad regnum. Et cum ipsa iustitia
habet superbiam et iram. Alius vero
habet minorem iustitiam: ideo ardet
cupiditate. Bestie quoque alie, que
aperto ore veniunt: hii sunt qui propter cu-
piditatem veniunt ad eos. Et istorum
ora aperta implent, hii qui vocantur
Reges sed sunt veri proditores.
Franci proditor — Proiciunt namque pecunias habundanter,
et dona in ora ipsorum. Et sic faciunt
eos ardere ad bellum et cadant
in mortem. Quorum bona remanent,
et corpora recipiuntur in terra, et cor-
rodunt vermes, diaboli eorum animas.
Et sic isti duo reges prodiunt multas
animas de filio meo qui eas redemit

sanguine suo. Ille vero bestie que
privantur vellere sunt homines sim-
plices, et qui contentantur de bonis
suis. Qui hac intentione pro-
cedunt ad bellum quia credunt se
habere iustitiam, et bellum esse iu-
stum. Ideo privantur velleribus
idest corporibus per mortem. Anime
vero eorum nudate a corpore reci-
piuntur in celum. Et ideo benedicte
filii mei, misserere. Respondit filius.
Quia mater mea carissima omnia
vides in me. Dic ista sponsa mea
audiente que astat spiritu, que est
iustitia ut Reges isti exaudiantur.
Et mater respondit. Ego inquit audio
tres voces. Prima est istorum regum
Quorum unus cogitat sic. Si hereditas
mea non curarem habere alia, et
timeo carere omnibus. Et ex isto
timore, scilicet quod timet obbrobri-
um mundi, convertit se ad me, dicens.
O, Maria roga pro me. Alter vero
Rex taliter cogitat. Utinam essem
in statu priore, nam fessus iam
sum. Et ideo ipse se convertit
ad me. Secunda vox est co-
munitatis et populi, que cotidie
rogant me pro pace. Tertia vox
est electorum tuorum: qui clamant di-
centes. Non ploramus corpora
mortuorum, non damna, non paupertatem,
Sed animarum casum: que cotidie peri-
clitantur. Et ideo, o, domina Roga filium
tuum ut anime salventur; propterea, o fili
mi, misserere eis. Respondit
filius Scriptum est, quod pulsanti ape-
rietur, vocanti respondendum est:
et petenti dabitur. Sed sicut omnis

qui pulsat ex̄ hostium est. Sic et
isti reges extra hostiū sunt, q̄a
me non habent in se. sed tam̄
pp̄ te petentib; est aperiendum:.

Tem filius dei loquit̄, Ego
sum Rex metuendus, et ho-
norandus. Ideo pp̄ preces
m̄ris mee mittam Regibus
Francie, et anglie v̄ba mea.
Ego sum pax uera, et ubi pax
est, ibi p̄ certo ego sum. Si
igit̄ isti duo Reges francie, et
anglie, uēre uoluerint pacem,
ego dabo eis p̄petuam pacē. Si
pax uera haberi nō poterit, ñ
ueritas et iustitia diligantur.
Et ideo quia alt̄e regnū h̄t iusti-
tiam placet mihi, ut p̄ matrimo-
nium fiat pax. Et sic regnum
ad legitimum h̄dem puenire
poterit. Secundo uolo q̄ sint cor
unū et anima una ī augendo
fidem s̄cam xp̄ianam ubi commo-
dius fieri poterit, ad honorē me-
um. ,, Tertio deponant intol-
lerabiles exactiōnes, et fraudu-
lentas adinuentiōnes suas, et
diligant aīas s̄bditoꝝ suoꝝ. Si
aūt ille rex q̄ nūc tenet regnū
obedire noluerit, sciat p̄ certis-
simo, q̄ nō p̄sperabit̄ in fr̄is
suis. Sed in dolore finiet ui-
tam, et regnum dimittet in
tribulatōib;. Et filius et g̃natō
sua erit in ira, et obbrobrio, et
c̄fusione. Ita q̄ omes āmirabūt̄.
,, Si aūt rex ille q̄ iustitiam habet
obedire noluerit, adiunabo eum
et pugnabo p̄ eo. Si uō nō obedi-
erit, nec ip̄e puenient ad desiderium
suum: sed p̄uabit̄ obtento. et p̄n-
cipium gaudiosum, dolorosus exitus
obscurabit. Sextum quando hoīes
Regni francie assumpserint uerā
humilitatem, Regnum puenient ad
legitimū heredem: et bonam pacem:-

Um Quidam magnus p̄nceps
et iustus regni Suetie, qui
dn̄s Israel uocabat̄, m̄ltis
t̄poibus ad dignitatem maiorem re-
giminis regni uocaret̄ m̄ltotiens
ā Rege. et ille habens desideri-
um eundi ꝯ paganos, et infra in
s̄uitio dei p̄ fide s̄ca moriendi, ī
bello nullo modo ad suscipiendum
d̄cam dignitatem inclinaret̄. Tunc
orante sponsa loquebat̄ ei mater
dei, sic dicens. ,, Si sequnt̄ illi q̄
iustitiam sciunt, et eam facere de-
siderant, et possunt. recusant pro
deo suscipe onus et laborem, quo-
modo stabit regnū ī uigore suo.
Vere illud nō est regnum, sed la-
trocinium, et spelunca tyrānoꝝ.
Ubi iniqui dn̄ant̄, et iusti concul-
cantur. Et ideo homo iustus et
bonus trahi debet caritate dei: et
zelo bono offēre se ad regimen rei pu.

Joseph

ut proficiat multis. Qui autem
dignitates et regimina ambiunt propter
honorem mundi: non sunt principes
veri: sed tyranni pessimi. Ergo ami-
cus iste meus Israel accipiat istam
dignitatem Regiminis ~~Dei~~ Regni propter
honorem dei. habendo semper In ore
verba veritatis: et In manu gladium
Justitie. Non respiciendo, nec Inclinan-
do se ad favorem hominum: Nec ad cogna-
tos, et domesticos et amicos. Nec fa-
ciendo personarum acceptionem. Nam dico
tibi quod adhuc dicetur de isto ab ore
hominum. Iste exivit de patria viriliter.
sinceriter honoravit matrem dei viriliter. servivit deo
fideliter. propterea scias quod per aliam viam
cum Magis ducam eum ad regionem
meam. Sic vere postea omnia hec
evenerunt. Nam transactis aliquibus
annis, iste dominus Israel exivit de
de patria contra Infideles, et venit
in alamanniam In civitatem Rigensem
ubi Infirmatus est. Qui sentiens
mortem vicinam ascendit cum ali-
quibus in ecclesiam cathedralem. Et ibi
digito ymaginis beatissime Marie
virginis, que ibi cum maxima re-
verentia colitur, Impressit anulum
preciosum: Et reliquit ibi dicens
aperte ad Imaginem virginis. Tu mihi
domina es, et semper fuisti dulcissima:
super quo te testem Invoco. Ideo me
et animam meam tue providentie, et misericordie
derelinquo. Deinde sumptis sacra-
mentis devotissime mortuus est.

Post hec autem orante sponsa pro eo,
Mater dei loquebatur de eo sic di-
cens: Ipse dedit mihi anulum caritatis
sue, desiderans me sponsam suam.
Vere, filia, scias quod ipse cum vixit filia,
non dilexit me dimidio corde suo:
sed toto. Et in omnibus operibus suis,
et Judicijs timuit filium meum:
Et Ideo ego duxi eum operante deo
filio meo ad celum, per viam sibi ma-
gis necessariam et utilem. Et presenta-
vi eum celesti exercitui sanctorum et
angelorum, a quibus ipse multum dile-
ctus ~~erat~~. Ne si in manibus pa-
rentum mortuus fuisset: consola-
tione temporali Impediretur. Eius
quippe bona voluntas, sic placuit
deo, ac si moreretur in pugnando
contra infideles pro fide sancta catholica.

Prius loquebatur sponse oran-
ti pro quodam Rege suecie.
Dicens. Is qui de diaboli membro
factus est membrum meum. labo-
ravit sicut illi qui reedificabant
muros Jerusalem. qui per legis destructe
reparatione laborabant. Qui uti
filia domus dei obducta congrega-
bant: et in locum pristinum restitu-
ebant. Vere conqueror de
tribus. primo quod murus Jerusalem
destructus est. Quis est murus
Jerusalem. idest ecclesie mee: nisi corpo-
ra et anime christianorum. Ex hijs
enim edificari debet ecclesia mea.

Cuius murus iam corruit. quia uoluntatem suam, omnes perficere cupiunt: et non meam. Auerterunt enim oculos suos a me: et nolunt me clamantem audire. Uerba mea sunt eis importabilia. Opera mea uana: passio mea abhominabilis ad cogitandum. Uita mea intollerabilis: et uidetur eis impossibilis ad imitandum. Secundo conqueror quod instrumenta domus mee asportata sunt in babillonem. Que sunt instrumenta domus mee, scilicet ecclesie mee: et uasa diuersa, nisi dispositio et conuersatio clericorum et Religiosorum. Horum bona dispositio et ornatus, asportatus est a templo meo, ad babillonem: scilicet ad superbiam mundi: et ad uoluptatem et delectationem peccati. Sapientia mea, et doctrina est eis uana. Mandata mea onerosa: promissionem michi factam irritant. legem meam et constitutiones amicorum meorum predecessorum suorum profanauerunt: et suas nouas adinuentiones faciunt, et habent pro lege. Tertio conqueror, quod lex decem mandatorum meorum perdita est. Numquid non legitur in euangelio meo, quod cum unus interrogaret me dicens. Magister quid faciam ut uitam eternam habeam. Respondi ei. Serua mandata mea, que iam nunc perdita, et neglecta sunt, et obliuioni. Ideo Rex iste pro quo tu oras debet congregare uiros spirituales sapientes sapientia mea. et eos qui spiritum meum habent interroget. Et inquirat diligenter secundum consilium eorum: quomodo muri ecclesie mee, reedificentur in pristinis. et honor deo exhibeatur. Fides recta catholica refloreat. Caritas diuina ferueat. et passio mea in corde hominum imprimatur. Inquirat etiam et Rex quomodo uasa domus mee restituantur in pristinum statum. Scilicet ut clerici et religiosi relicta superbia reassumant humilitatem. Incontinentes diligant castitatem. Cupidi, et mundiales abstineant a nimio mundi appetitu: ut lucere possint aliis. Laboret et rex fortis, et sapiens, ut mandata mea attentius diligantur. et congreget iustos xpianos, ut cum eis diruta spiritualiter reedificet. Uere ecclesia mea nimis longe recessit a me: in tantum quod nisi preces matris mee interuenirent: non esset spes misericordie. Sed inter omnes status laycorum Milites plus aliis apostatauerunt. Quorum apostatantium periculum et pena: tibi prius ostensa fuerunt etc.

Cum starem orando uidi in spiritu celum quasi turbulentum, atque turbulentum. Et solem et lunam fulgentes in serenitate clarissima. Quorum lux et ultra celum se extendebat. Cumque attente aspicerem uidi quod angeli boni, et

et mali pugnabant contra solem et lunam. Sed non prevaluerunt donec drago magnus et terribilis ascendit in celo. Cui sol et luna dederunt potestatem et claritatem suam. Et tunc statim sol factus est pallidus et niger. Et luna fugit super terram. Cumque aspicerem ad terram vidi eam plenam reptilibus et serpentibus qui comedebant superficiem terre, et occidebant homines tandem sunt. donec sol cecidit in abyssum. Et locus lune non est inventus amplius.

Transactis autem post hec undecim annis, audivi vocem Christi dicentem michi: Recordare sponsa quod ostendi tibi in civitate Stocolmis de celo turbulento. Nunc autem exponam tibi quid illa significant. Celum inquit, quod ostendi tibi turbulentum. Regnum istud Suetie est. Nam Regnum istud, quod quasi celeste et quietum et iustum esse deberet. Iam turbine tribulationum agitatur et iniquitatibus et exactionibus obscuratur. Nec mirum: nam Rex et Regina, qui tamquam sol et luna fulgebant. Iam denigrati sunt, sicut carbones. quia moribus et voluntate immutati sunt. hominem quoque de radice vipperea elevaverunt. Et prosternant amicos et simplices meos. Ideo scias quod drago ipse confusus celerius descendet, quam ascenderit. Et amici mei, quorum quidam vita sunt angelici. Inter quos et aliqui sunt tamquam mali angeli, vita sordidi, elevabuntur, et liberabuntur a tribulationibus suis. Sol non pallescet donec donec venerit sub coronam. Quia noluit iuste stare in corona. Et dicetur de eo, quod secundum splendorem eius: multiplicate sunt tenebre eius.

Filius loquebatur ad sponsam suam alia dicens. Attende sponsa et scias, quod status laycorum bene erat alio tempore antiquo dispositus. Nam quidam eorum excolebant terram: et labori agrorum viriliter instabant. Alii negotiabantur navibus, et mercimonia ad alias Regiones deferebant. Ut unius regionis fertilitas alterius sublevaret inopiam. Alii instabant operi manuum, et diversarum artium. Inter istos erant quidam defensores fidei, et ecclesie mee. Qui nunc dicuntur curiales seu armigeri. Qui assumpserunt sibi arma ad ultionem ecclesie sancte, et fidei. Et expugnationem inimicorum eius. In istis curialibus apparuit quidam bonus homo, et amicus meus. Qui cogitabat apud se sic. Ego inquit non excolo terram ut agricultor. non descendo in fluctibus maris, ut mercator. non insisto operi manuum ut operator egregius. Quid ego faciam? Aut quibus operibus placabo deum meum. Sed nec viriliter sum in labore

eccle. Corpus meum debile est,
et molle ad patiendum vulnera
manus remissa ad feriendum
inimicos. Mens fastidiosa ad
cogitandum celestia. Quid ergo fa-
ciendum est modo? Certe scio
quid faciam, surgam enim, et
obligabo me cum iuramento sta-
bili, sub temporali principe, quod de-
fensurus sim viribus et san-
guine meo fidem sancte ecclesie.
Veniens autem ille amicus meus
ad principem: seu Regem ait. Domine
ego sum de defensoribus eccle. Corpus
meum nimis molle est ad patien-
dum vulnera. Manus remissa
ad feriendum. Mens instabilis
ad cogitandum bona, et laborandum.
Voluntas mihi placet propria. Re-
quies non sinit me fortiter pro do-
mo dei stare. Ideo constringo me
cum iuramento publico sub obe-
dientia sancte eccle. et tua, o, prin-
ceps, quod ego cum defensurus sim omni-
bus diebus vite mee. Ut si
forte tepida mens et voluntas
fuit ad certandum: propter iurame-
tum teneor et compelli possum
ad laborandum. Cui respondit
princeps vadam tecum ad do-
mum domini: et ero testis iuramenti
tui et promissionis tue. Venien-
tes autem ambo ad altare meum
amicus meus flexo genu ante
altare meum dixit. Ego nimis
infirmus sum in carne mea
ad patiendum vulnera. Voluntas
propria nimis est mihi cara: Manus
tepida ad feriendum. Ideo tibi promitto
obedientiam deo, et tibi:
Qui caput es cum iuramento. Ut
firmius astringens me sanctam ecclesiam
contra inimicos meos defensurum. Ami-
cos dei, confortaturum: viduis et orpha-
nis: et fidelibus dei benefacturum
contra ecclesiam dei, et fidem eius
nunquam aliquid contrarium acturum. Et
insuper obligo me correptioni tue, si
errare me contingat, ad hoc ut quanto
obligatus sum ad obedientiam, tanto
magis cavere possim peccata, et
voluntatem propriam: et tanto ferventi-
us, et facilius insistere volunta-
ti dei, et tue. Sciamque tanto mihi
esse damnabilius ceteris, et contemp-
tibilius, si violata obedientia mandatis
tuis: et contrahire presumpsero.
Facta autem ista professione ad alta-
re meum. Princeps sapienter conside-
rans disposuit sibi habitum ab aliis
secularibus distinctum. Insignum abdi-
cationis voluntatis proprie. Et
ut sciret se superiorem habere, et debere
ei obtemperare, dedit et princeps
in manu eius gladium. Dicens. Hoc
gladio inimicos dei cominues, et
interficies. Dedit et in brachium
eius clipeum. dicens. hoc clipeo de-
fende te contra inimicorum iacula.
et patienter tollera illata, ut prius
crepat clipeus, quam fugias. Iste non
amicus meus hec omnia audiente
clerico meo qui presens erat. firmiter
servaturum se promisit. Qui clericus
facta promissione dedit ei corpus
meum in robur et fortitudinem: ut
amicus meus per corpus meum
mihi unitus nunquam a me separetur.

eius

Talis fuit amicus meus georgius, et plures alij Milites. Tales et deberent esse Milites, qui nomen deberent habere propter dignitatem: habitum propter defensionem et operationem fidei sancte. Audi nunc Sponsa quid inimici mei faciunt contra ea que amici mei prius fecerunt. Milites quippe qui mea portabant arma erant parati dare uitam pro iustitia et effundere sanguinem suum propter fidem sanctam. Indigentes promouendo ad iustitiam malosque deprimere et humiliare. Sed nunc audi quomodo auersi sunt. Placet quippe nunc eis magis mori in bello pro superbia et cupiditate et inuidia iuxta diabolicas suggestiones, quam secundum mandata mea uiuere ad optinendum gaudium sempiternum. Ergo omnes Milites qui in tali uoluntate moriuntur dabitur eis stipendium a iudicio diuine iustitie scilicet animabus eorum in eterna diaboli coniunctione. hij uero qui mihi seruiunt tenentur habere stipendium cum celesti exercitu sine fine.

Hec uerba ego yhesus xpistus locutus sum uerus deus et homo unus cum patre et spiritu sancto semper deus.

Mne tempus huius uite, non est nisi quasi una hora apud me. Ideo quod dico tibi nunc semper fuit in prescientia mea. Dixi tibi prius: quod unus erat qui incepit ueram Militiam. Nunc autem dico tibi de alio qui nimis discessit ab ea. quem innumerabiles alij postea secuti sunt, et cotidie secuntur. Ille uero qui discessit a uera Militia egressus est de templo humilitatis mee. Et reiecto clipeo fidei sancte et gladio timoris mei, ascendit in campum cum omni superbia, Exercuit se in omni uoluptate et delectatione, et in omni appetitu uoluntatis proprie, contempto timore meo, proficiens in peccato suo et uoluptate. Dum autem uenisset ad extremum finem uite sue, et anima exiret de corpore Demones occurrerunt ei cum impetu. Contra quam animam tres uoces de inferno tales sonuerunt. prima dixit. Numquid non est iste qui recessit de humilitate, et sequebatur nos in omni superbia. Et si ad huc duobus pedibus altius in superbia super nos ascendere potuisset ut excessisset nos, et primatum habere potuisset in superbia libenter fecisset. Cui uoci anima illa missa respondit. Uere ego sum. Cui respondit diuina iustitia. Hec est retributio tue superbie, ut de uno demone cadas in alium, donec uenias ad nouissimum inferni. Et sicut nullus demonum erat qui non sciebat certam penam suam et supplicium, pro omni cogitatu inutili et opere infligendum. Sic nullus supplicium

effugies; qn omnis malitie, et neqtie particeps sis. Secunda vox demonum clamabat dicens. Numqd nō est iste, ille Miles. qui de militia dei pfessa separavit se et adhesit militie nre. Respondit aīa Militis vere ego sum. Et tunc dixit diuina Iusticia. Hec est sors premij tui: Ut quemadmodum Militiam tuam sequitur malitia sua et pena dolorem tunc et penam augumentabit. Et i aduentu suo ad te quasi letali uulnere percutiet te. Sed ille qui haberet sicut enim vulnus senum: si ei uulnus sup vulnus, usque quo corpus uulneribus plenum esset, inferretur intollerabiliter affligeret et clamaret. Uhe sup vhe. Sic miseria sup miseriam ueniet tibi. dolor tuus super omnes dolorem renouabitur. pena tua numquam deficiet, et Uhe tuum numquam minuetur. Tertia vox de Inferno clamavit dicens. Numqd nō est iste, qui uendidit suum creatorem p creatura. caritatem creatoris p amore sui. Respondit Iustitia. Utique ipse est. Ideo aperientur ei qui due apture p unum ingredietur: et qui omnis pena constituta p minimo peccato usque ad maximum, quia uendidit creatorem suum p uoluptate sua. Per secundam uero aperturam ingredietur ei omnis dolor et confusio. Nec umquam ingredietur ei consolatio et caritas divina: quia dilexit se p creatore suo. Ideo sine fine durabit uita. et sine fine durabit pena: quia omnes sci auertuntur faciem suam ab eo. Ecce sponsa mea, qui miseri erunt q me contempnunt. et quantum dolorem emunt p modica uoluptate:.

Filius loquebatur sponse dicens. tu i gramatica tua composuisti hodie puerbium. qd melius esset preuenire, quam preueniri: Sic ego preueni te dulcedine gratie mee: ne diabolus dnaretur aie tue. Et statim apparens Johes baptista dixit. Benedictus sis tu deus, q es ante omnia: cum quo numquam ullus fuit deus: et preter quem nullus: et post quem nullus erit: qa tu eras et es eternaliter unus deus: Tu es ueritas pmissa a pphetis: de quo ego, nondum natus exultaui: et quem demostrando plenius agnoscebam: Tu es gaudium nostrum et gloria: tu desiderabile nostrum, et sacietas: quia uidere te, replet nos suauitate indicibili: quam nemo agnoscit. nisi qui degustat. Tu quoque es sola dilectio nra: nec mirum qd diligimus te. quia tu cum sis ipsa caritas: non solum diligentes te diligis: Sed et, cum omnium sis creator, et hijs facis caritates q te dignantur scire. Nunc ergo domine mi quia diuites sumus de te, et in te: Rogamus te, ut des de nris diuitijs spiritualibus hijs, q nihil diuitiarum habent. Ut sicut nos gaudemus in te,

puerbium: Melius est puenire quam preueniri:

nō nr̄is meritis. Sic plures participe-
tur bonis nr̄is.,, Respondit xpus.
Tu vere es summū Membrum cum
capite, et iux̄ caput. Veruntam fauces
sunt ppinquiores et excellentiores. Sic
ego om̄ caput sum. Mater vō mea
q̄ fauces. deinde Angli. Tu vō et
Apli mei q̄ spondilia dorsi: quia non
solum diligitis me: sed et diligentē me,
pmouendo honoratis. Ideo fixum est
qd dixi: Opera que ego facio, et vos
facietis: et voluntas vr̄a est volūtas
mea. Sicut enī nō mouet caput car-
nale sine membris. Sic nec ī nostra
spūali ꝯiunctōe et vnione est aliquid
velle et non posse. Sed totum est posse
qd vnusquisq vrum velit. Ideo fiat
qd velis.,, Quibꝫ dcīs Iohes quē-
dam Militem q̄ semimortuū pduxit
In medium, et dixit ad ipm̄. Ecce dn̄e,
Ecce iste qui hic astat deuouerat tibi
Militiam qui conat ad pugnandū: sꝫ
nō pualet quia inhermis est, et in-
firmus. Ego vō duplici de causa iu-
uare eum teneor: Tum pp merita
parentum: tum et pp caritatem qua
afficitur circa honorem meum. Ergo
pp te met ipm da ei vestes militie.
ne appareat ꝯfusio nuditatis sue.
,, Rn̄dit dn̄s. da ei inquit qd vis: et
Vesti eum sicut placet. Tunc aut
Iohes ad Militem illum. Veni filij et
accipe á me pmū vestimentū Mili-
tie tue, quo adepto facilius accipe-
re et tollerare poteris reliqua militaria
Indumenta. Ad Militem itaqꝫ ptinet
hr̄e vicinius ad carnem vestimentum
qd molle est, et leue: scilꝫ dyploide.
Hanc ego induam te: quia sic placet
deo. Sicut enī corporalis dyploide
mollis est et leuis: Sic spūalis dy-
plois est hr̄e deum carum ī aīa,
et suauem ī affectu. Dulcedo quippe
ad deum puenit ex duobus scilꝫ ex
ꝯsideratione bn̄ficior dei: et ex re-
cordatione peccator ꝯmissor. Hec
duo ego hābui qn̄ eram puer. Cō-
sideraui quippe quali gr̄a me pre-
uenerat deus nō dum natū. Quia
bn̄dictōe bn̄dixit me post nativi-
tatem meam: et considerando inge-
nij imbecillitatem, cogitans quid
possem dignū reddere deo meo pro
talibꝫ bn̄ficijs. consideraui et insta-
bilitatem mundi. Et ideo fugiens
á seculo cucurri in heremum. vbi
tantum dulcescebat mihi dominus
deus meus, qp om̄ia desiderabilia
mundi erant mihi in fastidio ad
cogitandum, et onerosa ad ꝯcupiscē-
dum. Veni ergo, o, Miles et indue
ista dyploide: quia reliqua dabunt
tibi ī tpre suo.,, Deinde apparuit
beatus Apls: dicens. ad Militem
Iohes dedit tibi dyploidem. Ego aūt
q grauit cecidi, sꝫ fortius surrexi,
Impetrabo tibi loricam: idest diuinā
caritatem. Sicut enī loricam ꝯstat ēē
ex multis circulis ferreis: Sic caritas
defendit ꝯ tela inimici: et alacriores
reddit hoiem ad tollerandum mala
Ingruentia: Agiliorem efficit ad ho-
norem dei: et feruentiorem ad diui-
nos labores. Inuictum facit in ad-
uersitatibꝫ: Longanimem in spe: et
pseuerantem in inceptis. Hec itaqꝫ
lorica fulgere debet, ut Aurum.
Fortis esse ut calibs et ferrum. Quia

ordinis homo caritatem habens, ducti-
lis debet ee, ut aurum p patientiam
contra aduersitates. fulgensque p sapi-
entiam et discretioez: ne heresim re-
cipiat p integritate fidei. dubia q p
peritis. Sit quoque lorica spualis for-
tis, ut ferrum. Ut sicut ferrum do-
mat omnia. Sic homo utens caritate
studeat humiliare eos q resistunt fidei
et bonis morib. Non retrocedat pp
allocutiones: non flectat pp amici-
tias. Non tepescat pp comoda sua
tpalia: non dissimulet pp getem car-
nis. no uereat pp mortem: quia
nemo pot auferre uitam, nisi pmi-
ttente deo. Veruntam quis loricaz
ex multis gster esse circulis: tam duo
st principales circuli: quib lorica
caritatis gtexit. Primus itaq cari-
tatis circulus est, cognitio dei, et
frequens intogatio diuinoz bnfitioz
et peeptoz, ut sciat homo qd faci-
endum deo: Quid pximo: Quid ne
mundo: Secundus circulus e refre-
natio ppie uoluntatis pp deum.
Omnis quippe homo q deum pfecte
et integre diligit: nil sibi ipi de
uoluntate sua que n deum est
resnat. Ecce filij hanc loricam dat
tibi deus: et ego eam gmorui tibi
guentus caritate dei. Deinde appa-
ruit beatus Paulus dicens ad Militem.
O fili Petrus summus pastor omniz
dedit tibi loricam. Ego uero ex
caritate dei dabo tibi thoracem,
que e caritas ad pximu. uelle scilz
p salute pximi libent operante dei
gra mori. Sicut enim i thorace milite
sunt lamine cobinate, et claui con-

iungentes illas. Sic in caritate pximi
multe iungunt uirtutes. Omnis quippe
homo qui diligit pximu, tenet primo
dolere, q omes illi qui redempti sunt
sanguine yhu xpi, no rependunt deo dile-
ctionem; Secundo dolendum est, q eccla
sca sponsa dei, no stat i sua laudabili
dispositione. Tertio q paucissimi sunt, q
passionis xpi recolunt, cum amaritudie
et caritate. Quarto attendere debet ne
pximus suus corrumpat aliquo exemplo
suo prauo. Quinto dare pximo suo
bona sua hylarit, et orare deum p eo:
ut i omi bono pficiat, et pficiat. Claui
uo giungentes laminas sunt uba diui-
na: nam homo caritatiuus, ubi uiderit
pximu tribulatum, debet eum gsolari
ubis caritatiuis. impugnatu uo g iusti-
tiam defendere. infirmos uisitare. cap-
tiuos redimere. paupes no erubescere.
ueritatem semp amare. caritati dei
nihil pponere: et a iustitia nuq deui-
are. hac lg thorace ego fui indutus,
q infirmus fui cum infirmis. Qui
in conspectu regum, et principu, non
erubui ueritatem loqui, et p salute pxi-
mi mori paratus fui. De inde
apparuit mat dei, et dixit Militi. Quid
inquit fili adhuc deest tibi. Et ille. dna
mea, caput inquit no ht galeam. Tuc
mat dni dixit ad anglm custodem
aie eius. Quid inquit pstitit aie isti
militis custodia tua. Aut qd habes
pntare dno nro. Rndit Angelus. habeo
aliqua licet modica sint. nam quoque iste
Miles fecit helymosinam, et legit aliqs
ores ex caritate dei. Nunc et dimisit
uoluntatem ppam pp deum. Rogans deu
sincerit, ut ei uilesceret mundus, et

deus faceret ei super omnia carus. Respondit
Mater bonum est aliqua apportare. Ergo
volumus facere sicut bonus aurifaber
facit. qui facit aliquod opus grande
de auro. si necessitatur et deficit in
auro petit auxilium ab amicis habentibus
Quem omnes habentes aurum iuvant et
perficiatur opus eius. Qui vero facit opus
lutheum, quis dabit ei de auro suo?
cum indignum sit aliquo scire aurum com-
misceri lutho. Ergo omnes sancti divites
auro promerebunt tibi meam galeam, quam
habiturus es. Ista autem galea est voluntas
placendi soli deo. Sicut enim galea de-
fendit caput a iaculis et telis, sic vo-
luntas bona et sola ad deum, defendit
animam ne temptationes dyabolice spirituale-
ant contra eam: et deum in animam introducit.
Hanc habuit ille bonus georgius, et
mauritius: et plures alii: immo et latro
pendens in cruce. sine qua nemo fun-
damentum bonum iaciet: nec perveniet
ad coronam. In hac quoque galea debent
esse duo foramina ante oculos, quibus
prevideantur advenientia. Que sunt discre-
tio faciendorum: et cautio obmittendorum.
Quia sine discretione, et premeditatione
multa sunt in fine mala, que in principio
videntur bona. Iterum loquitur dei mater
ad militem. Quid adhuc deest tibi fili?
Et ille respondit. Manus inquit mee nu-
de sunt. Et non habent armaturam. Cui
Mater. Ego inquit iuvabo, ut manus
non sint nude. Ergo sicut due sunt
manus carnis: sic due sunt manus spiritua-
les. Dextera autem manus qua tenendus
est gladius significat opus iustitie.
in qua debent esse quinque virtutes: quasi
Quinque digiti. Prima est ut omnis
iustus, primo sit iustus sibi ipsi: ca-
vendo scilicet ne quod in locutione seu operatione
aut exemplo aliquid appareat quod proxi-
mum possit offendere. Ne quod ex iusti-
tia reprehendat ut docet in aliis destru-
at moribus inordinatis. Secunda virtus
est non facere iustitiam, seu iustitie opera
propter favores hominum, seu propter cupidi-
tates mundi: sed amore solius dei.
Tertia est non timere aliquem contra
iustitiam, nec dissimulare propter amici-
tiam: nec flecti a iustitia pro paupe-
re ut divite, amico, seu inimico.
Quarta est libenter et velle pro iusti-
tia mori. Quinta est non solum facere
iustitiam, sed et sapienter diligere iusti-
tiam. Et ut et in omni iudicio sit iu-
stitia et misericordia. Et ut aliter
corrigatur qui minus peccat, aliter qui gra-
vius. Aliter etiam qui peccat ex igno-
rantia, aliter qui peccat ex industria
seu malignitate. Quamquam autem istos
quinque digitos habuerit, caveat debet
ne gladium exacuet impatientia: ne
delectatio mundana hebetet: ne impru-
dentia excutiat: ne levitas animi
denigret. Sinistra vero manus est
oratio divina. Que et quinque digi-
tos habet. primus est firmiter credere
articulis fidei deitatis et humanita-
tis omniaque operando; Credere que
sancta ecclesia sponsa dei confitetur. Secundus
est nolle scienter peccare, contra deum:
et velle omissa omnia contritione, et
satisfactione emendare. Tertius digi-
tus est, orare deum ut amor carnis
convertatur in amorem spiritualem. Quartus
est non ad aliud vivere in mundo
nisi ut deo faciat honores, et ut

minuat peccata. Quintus digitus
est nihil de se ipso presumere. Sed
semper timere deum, et mortem omni
hora expectare. Ecce fili hee sunt
due armature manus, quas ar-
maturas habere debes. Dextera scilicet
qua vibrandus est gladius iusti-
tie, contra transgressores iustitie. Si-
nistra vero orationis: qua petendum
est auxilium a deo, ut nunquam confidas
de tua iustitia, nec insolescas contra
deum tuum. Iterum apparuit Virgo
Maria et dixit Militi. Quid ad
huc deest tibi fili. Respondit ille.
Armatura inquit pedum: Et illa
Audi inquit Miles olim mundi:
Sed iam meus. Omnia quecumque sunt
in celo et intra creavit deus: Sed
inter omnia inferiora dignior et
pulchrior creatura est anima,
que similis est imaginibus suis
voluntati bone. Sicut enim de arbo-
re multi procedunt palmites: sic
de anima spirituali excitatione: et opera-
tione, omnis perfectio virtutum procedit.
Ergo ut obtineat spiritualis arma-
tura pedum voluntas bona medi-
ante gratia ~~bona~~ dei debet esse primum.
In qua debet esse duplex consideratio,
tamquam duo pedes super bases
aureas. Primus itaque pes anime
perfecte, est consideratio, talis scilicet
quod nollet peccare contra deum, et si
non sequeretur pena. Secundus pes
est, bona opera facere, et si sciret
se damnandum propter magnam patientiam
et caritatem dei. Genua vero anime
sunt hilaritas et fervor dono bone
voluntatis: sicut enim genua incurvantur

et inflectuntur ad usum pedum. Sic
voluntas anime flecti et refrenari debet
secundum rationem ad velle dei. Scriptum est
enim quod spiritus et caro, sibi ad invicem
adversantur. Ideo et paulus dicit. Non
quod volo bonum hoc ago. Quasi diceret,
quedam bona volo secundum animam: sed non
prevaleo propter infirmitatem carnis: sed
et si quandoque possum facere: sed non cum
hylaritate. [Nequaquam. Sed magis auge-
batur ei corona duplex. primo quia ab
exteriori homine, erat ei laboriosa opera-
tio. propter carnem.] Quid ergo. Numquid
propterea priuabatur Apostolus mercede, quia voluit
et non potuit: aut quia fecit bona, sed
non cum hylaritate: Nequaquam. Sed magis
augebatur ei corona duplex. primo quia ab
exteriori homine, erat ei laboriosa operatio
propter carnem reluctantem bono. Secundo ab
homine interiori, quia non semper erat ei conso-
latio spiritualis. Et ideo multi seculares
laborant spiritualiter: sed non pro hiis coronantur:
quia laborant pro motu carnis. Qui
quidem labor si esset preceptum dei, neque tamen
sit ferventem in laborando. Isti itaque
duo pedes anime, scilicet nolle peccare contra deum:
et velle bona opera facere, et si se-
queretur damnatio, Armandi sunt dupli-
ci armatura scilicet discreto usu tempora-
lium et discreto desiderio ad celestia
appetenda. Discretus autem usus temporalium
est, habere bona ad suam moderatam
sustentationem, et non ad superfluitatem.
Discretum vero desiderium celestium
est, celestia bonis operibus, et labore velle
promereri. homo quippe per ingratitu-
dinem et desiderium aversus est a deo.
Et ideo per labores et humilitatem
ad deum redeundum est. Ergo fili quia ista

nō habuisti. Rogemus scōs Martires
et ꝯfessores. Qui talibus diuitijs habū-
dant, vt tibi auxilientur. Tunc sta-
tim innumerabiles scī apparentes di-
xerunt. O dna bndcta tu potasti do-
minū vite, et tu dna oīuz es. Quid
est qd nō potes? Qd' eñ tu vis hoc
factum est. Voluntas eñ tua semper
est mea. Tu merito Mat caritatis es,
qr omes vsitas caritate. Iterum apparuit
mater dei, et dixit Militi. Fili ad
huc clipeus deficit nobis. Itaqz ad
clipeum duo ptinent scilz fortitudo,
et signum dnī, sb quo militat. Ergo
clipeus spūalis ꝯsideratoēz significat
amare passionis xpī filij mei: Que
debet esse in sinistro brachio iuxta
cor: Et quoties aīuz delectat, volup-
tas carnis ꝯsiderent linores yhu xpī.
Quoties nō pungit et ꝯtristat aīuz
despectio, et aduersitas mūdi, rememo-
rent paupertas, et obedientia xpī.
Quotiens et delectat honor, et lon-
ga vita carnis, recogitet amara mōs
et passio xpī. Talis itaqz clipeus debz
hēre fortitudinez pseuerantie ī bono,
et latitudinē caritatis. Signū vero
clipei debet esse de duobz coloribus:
qr nihil clarius, et longius pspici-
tur, qz qd de duobz colorībz fulgentibz
est compactum. Duo aūt colores qbz
clipeus ꝯsiderationis passionis diuine
decorat: sunt ꝯtinentia affectionuz
ī ordinatarum: et puritas, et refrenatio
motuū carnis. Hijs eñ duobz illustra-
tur celum, et angli videntes congra-
tulando gaudent dicentes ecce sigm
puritatis et societatis nre. Ideo adiu-
uare tenemur Militem istum. Demoēs

vō videntes Militem talibz signis
clipei decoratum, clamabunt: Quid
faciemus, o, socij. Iste eñ Miles
terribilis ē ī ꝯgressione: decorus ī
armis. In laterībz eius sunt arma
virtutuz. Intergo castra angelorum.
a sinistris vigilantissimū habet
custodem, scilz deum. In ātem plenus
est oculis, qbz inspicit malitiam
nrāz. Impugnare eum qdem possumus:
Sz ī ꝯfusiones nrāz: qr neqꝫ pua-
lemus. O qz felix est talis Miles
quem angli honorant: et cuius timor
demones ꝯtremescunt. Verum fili,
qr istum clipeum nō dum obtinui-
sti, Rogemus scōs anglos purita-
te spāli nitentes, ut te adiuuent.
Iterum ad huc loqt dei Mater, dicēs.
Fili ad huc deficit nobis gladius.
Itaqz ad gladiuz duo ptinent. pmo
qr hēat duas acies. Secundo qr sit
bene exacuatus. Gladius ergo spūa-
lis est ꝯfidentia ī deo ad pbandū
p iustitia. Hec aūt iustitia duas
debet hēre acies. scilz rectitudīez
iustitie ī psperis tanq a dextris.
Et gratiarum actionem ī aduersis tanq
a sinistris. Talem gladiuz habuit
Ille bonus Iob. qui ī psperis obtulit
p filijs, Cui pater erat pauperum,
et hostiū eius patuit viatori.
Qui in vanitate nō ambulauit, nec
ꝯcupiuit aliena: Sed timuit deuz
sicut homo sedens sup fluctus maris.
Habuit quoqz gratiarum actionez ī ad-
uersis: qn pdidit filijs et bonis:
qn conuitiatus ab uxore: et percussus
vlcere pessimo, sbstinuit patient
dicens. Dns dedit: dnus abstulit.

sit ipse benedictus. hic quoque gladius debet esse bene exacuatus terrendo impugnantes iustitiam ut Moyses, et dauid. habendo zelum legis et restinchees. Loquendo constanter ut helyas et Johes. O quam multorum gladius nunc nimis hebetatus est, qui si locantur uerbo digito digito non mouent querentes amicitiam hominum et gloriam dei non attendunt. Ergo qui gladium talem non habuisti rogemus patriarchas et prophetas, qui talem confidentiam habuerunt: et dabitur uobis confidentia. Iterum apparuit mater dei dicens Militi. Adhuc fili, necessarium est tibi cohoptorium super arma: quo arma defendantur a Rubigine, et ne a pluuia maculentur. Hoc autem cohoptorium est caritas, uelle mori pro deo. et et si possibile esset sine dei offensa separi a deo pro salute fratrum. hec caritas operit omnia peccata consumat uirtutes: Mitigat iram dei: Omnia facit possibilia: deterret demonia: gaudium est angelorum. hoc uero operimentum debet esse intus album, et ab extra fulgens, quasi aurum. Quia ubi zelus diuini amoris est, Ibi utraque munditia non est neglecta. Hac itaque caritate habundabant apostoli: et ideo rogandi sunt ut tibi auxilientur. Iterum apparuit dei mater dicens. Ad hunc fili, necesse est tibi equus et sella. Itaque per equum spiritualem intelligitur baptisma. Sicut enim equus portat hominem ad aliquam uiam proficiendam, habens quattuor pedes. Sic baptisma

quod per equum intelligitur portat hominem ante conspectum dei. habens quattuor effectus spirituales. Primus est quod baptizati liberantur a diabolo, et obligantur ad mandata et seruitia dei: Secundus est quod purgantur a peccato originali. Tertius est quod filij dei efficiuntur: et coheredes eius scilicet dei. Quartus est quod celum eis aperitur. Sed heu multi sunt qui cum ad annos discretionis ueniunt, imponunt equo baptismatis frenum, et abducunt eum per uiam falsam. tunc quippe uia baptismatis recta est, et tenet recte quando homo infra annos discretionis instruitur et conseruatur in bonis moribus. Et quando homo peruenit ad annos discretionis et cogitat sedule quid in fonte baptismatis promissum est, et tenet fidem et caritatem dei inuiolatam. Sed tunc abducit a uia recta, et imponitur frenum, quando mundus et caro preponuntur deo. Sella uero equi idest baptismi, est affectus amare passionis, et mortis yhesu christi filij mei, per quem baptismus obtinuit effectum apertionis glorie. Quid est enim aqua nisi elementum. postquam uero effusus est sanguis dei uenit ad elementum uerbum dei, et uirtus effusi sanguinis dei Et sic aqua baptismi per uerbum dei facta est reconciliatio hominis et dei: porta uite: Expulsio demonum: uia celi: et uenia peccatorum. Ergo qui in uirtute baptismi gloriari uoluerit cogitet primo amaritudinem institutionis baptismalis effectus. Et cum mens humana contra deum intumuerit cogitet quam amare redemptus sit. Quotiens et uotum baptismi transgressus fuerit. Quid ne per tanta recidiuatione perderet.

Ihesus

Item ut homo firmiter in sella baptisma-
lis effectus sedeat, Necessarie sibi sunt
due strepites. scilicet duplex consideratio in
oratione. Primo enim orare debet deum taliter

(oro) O domine deus omnipotens, benedictus sis tu
quia me creasti et redemisti. Et cum dam-
natione dignus essem in peccatis tollera-
sti, et ad penitentiam reduxisti. Recognosco
domine coram maiestate tua omnia que de-
disti mihi ad salutem et utilitatem, et damna-
biliter expendidisse. Vel tempus preterite mee
in vanitatibus. Corpus in superfluitatibus: et
Gratiam baptismi in superbiis. Et omnia dilexi
plusquam te creatorem: et redemptorem: et
nutritorem, et conservatorem meum. Et ideo
misericordiam tuam peto, quia miser sum ex me.
Et quia non agnovi benignam patientiam
tuam in me: non timui horrendam equi-
tatem tuam. Non attendebam quid tibi
pro innumerabilibus bonis tuis responderem.
Sed contra de die in diem te malis meis
provocabam. Propterea domine non habeo nisi uni-
cum verbum ad te. scilicet Miserere mei deus
secundum magnam misericordiam tuam. // Super
omnia oro sit talis. O domine deus omnipotens

(oro) tu scis omnia me habere a te. et sine te et
nihil esse, nec posse, nisi solummodo hoc
quod ego sepenumero feci scilicet peccatum. Ideo
deprecor humiliter pietatem tuam, ut non
secundum peccata mea facias mihi: Sed secundum
magnam misericordiam tuam. Emitte mihi spiritum
tuum sanctum qui illuminet cor meum, et
confirmet in viam mandatorum tuorum. Ut
in hiis que te inspirante cognovi,
perseverare valeam, nullisque temptationi-
bus a te separari. // Ergo fili, quia ista
deficiunt tibi, Rogemus illos qui
passionem dei amarius fixerunt in
corde suo, ut tibi tribuat de caritate sua.

Quibus dictis statim apparuit, quidam
equus paratus cum ornamentis de-
auratis, Et tunc respondit mater
dei. Iste inquit ornatus equi sunt
dona spiritus sancti, que in baptismo
largiuntur. In baptismo quippe sive
per bonum, sive per malum ministrum mi-
nistrantur remittuntur peccata delictum
augetur gratia. Dimittitur quodcumque
peccatum. Datur spiritus sanctus inspirans
angeli in custodiam: et celum in heredi-
tatem. Ecce fili: hec sunt ornamenta
spiritualis Militis. Quibus qui induti
fuerint accipient stipendium illud in-
dicibile: quo erit delectabile per-
petuum, honor gratissimus, eternalis
habundantia: vita sine fine.

EGO Sum cum patre et
spiritu sancto unus deus. Dixi
tibi prius de Militia, que
mihi quondam gratissima fuit.
quia vinculo caritatis mihi colligata
fuit. Nam voto suo obligabant
se Milites dare carnem suam, pro
carne mea. sanguinem suum pro san-
guine meo. Ideo et ego consensi
in eos et coniunxi eos mihi in
unum vinculum, et in unam societatem.
Sed nunc conqueror super ipsos Milites,
qui tenerentur et deberent esse mei,
quod aversi sunt. Ego quippe sum
creator eorum et redemptor. Ego et
adiutor. Ego creavi eis corpus

et membra. Ego omnia que in mundo sunt ad utilitatem eorum feci. Ego redemi eos sanguine meo. Ego emi eis hereditatem eternam passione mea. Ego in omnibus periculis defendo eos. Ego do eis fortitudinem ad agendum et laborandum. Nunc autem ipsi aversi sunt a me, ducunt pro nichilo passionem meam. Obliviscuntur et negligunt verba mea: quibus autem eorum delectari et pasci deberent. Contemnunt me eligentes dico et toto affectu carnem suam dare, et lacerare pro laude hominum. Sanguinem suum effundere propter expletionem cupiditatis sue. Libenter mori propter mundana et verba diabolica inania. Ad huc tamen licet sic aversi sint misericordia mea et iusticia est in eis. Nam per misericordiam custodio ipsos ne tradantur diabolo: per iusticiam tollero eos patienter. Et si ad huc reverti noluerint ego patienter suscipio eos. et occurro eis letanter. Dic ergo illi qui Militiam suam ad me querere vellet, quod sub hac forma michi digne placere posset. Quicumque enim Miles fieri vellet deberet cum equo et apparatu suo ad cimiterium ecclesie procedere. Et ibi eum relinquere, quia equus non est creatus ad superbiam hominum. Sed ad vite utilitatem et defensionem: et ad inimicorum dei expugnationem. Deinde assumat mantellum cum ligatura ponenda est super frontem. Et sicut Dyaconus assumit stolam in signum

obedientie et patientie divine. Sic ipse Miles assumit mantellum et ligaturam ponit super frontem in signum professe Militie, et obedientie pro honoris mei defensione assumenda. Quem Militem precedat vexillum secularis potestatis. Ut sciat se potestati mundane in omnibus que non sunt contra deum debere obedire. Ingresso autem eo cimiterium clerici occurrant ei cum vexillo ecclesie, in quo depicta sit passio mea, et vulnera mea. In signum quod ecclesiam dei, et fidem defendere debet, et prelatis eius obtemperare. Cum autem ingreditur ecclesiam vexillum temporalis potestatis foras ecclesiam remaneat, et vexillum meum precedat eum in ecclesiam. In signum quod divina potestas precedit secularem. Et quod de spiritualibus plus est curandum, quam de temporalibus. Dicta vero Missa usque ad agnus dei. Tunc Rex vel alius dominus secularis procedat ad Militem circa altare, et dicat. Vis tu fieri Miles. Quo respondente volo subiungat. Promitte inquit deo et michi te fidem sancte ecclesie defendere, et prelatis eius in omnibus que dei sunt obedire. Quo respondente volo tradat gladium in manibus eius, et dicat. Ecce trado tibi gladium in manus tuas, ut non parcas vite tue, pro fide, et ecclesia dei. Et inimicos dei deprimas. Et ut amicos dei defendas. Postea mittat clipeum et dicat. Ecce do tibi clipeum, ut defendas te contra inimicos dei. Et viduis et orphanis tribuas auxilium. Et ut honorem dei in omnibus augmentes. Postea vero manum imponat collo eius dicens. Ecce obedientie subiectus es, et potestati.

Vide ergo ut sicut ligasti te pfessiōe,
sic impleas et ope. Post hec aūt man-
tellum adaptet sibi et ligaturam. Et
cotidie hēat in memoriā qd deo vovit.
et qp ad eccle et fidei defensionem plꝫ
qꝫ alij se pfessione ī facie eccle obliga-
vit. Hijs ergo pactis et dicto
Agnus dei sacerdos q missam celebrat
tradat sibi corpus meum ut fidem
scē eccle defendat. Ego ero ī eo et
ipse ī me. Ego ministrabo eis auxi-
lium et Robur. Et incendam eum flā-
ma caritatis mee: ut nihil velit
nisi me: nihil timeat nisi me deum
sum. Q si forte fuit in campo, et
ibi p honore meo, et fide mea defen-
denda sumpserit militiam: nihilo9 ei
pdest si intentiō fuit recta. Ego de-
niqꝫ in omi loco sum p potentiam
meam. Et omnes mihi in intentione
recta et voluntate bona placē possūt.
Ego aūt sum caritas, et nullus ad
me venire pōt, nisi qui hēat cari-
tatem. Et ideo nullis pcipio hoc fa-
cere qd datum est. quia tunc fui-
rent mihi ex timore. Sꝫ quamqꝫ vel-
lent sic assumere militiam (ut datum
est) mihi placere possent. Dignum
qppe esset, ut sicut p supbiam a
vera pfessione militie excessum est:
sic p humilitatem ad vere Militie cul-
tum se reverti velle ostēderent! —

EGO sum verus Rex:
et nullus est dignus vo-
cari rex, nisi ego: a quo
est omnis potās. Nunc ego q iustꝰ
et misericors sum, moneo eos q
dicuntur milites, ut querant mi-
sericordiam meam: ne inveniat
eos iusticia mea, que est stabilis,
sicut mons ardens qī ignis
hōribilis qī tonitruum subita
sicut arcus ptensus ad sagittādum.
Ego moneo eos tripliciter. Pmo
sicut pater filios ut revertātur
ad me. qr ego pr̄ et creatō eorꝫ
sum. Revertantur et dabo eis
patrimonium, qd paterno iure de-
betur eis. Revertantur qr licet
contemptus sum, attamen cū gaudio
suscipiam eos. et occurram eis
cum caritate. Secundo, rogo eos sicut
frater, ut recordentur vulnerꝫ, et
operꝫ meorꝫ, revertantur ad me et
suscipiam eos sicut frater. Ter-
tio pcipio ut dominus, ut revertātur
ad me dominum sum, cui dederunt
fidem. Cui ad obsequium tenētur
et iuramento se obligaverunt.
Ergo, o, Milites revertimini ad
me patrem vestrum, qui cū caritate
educavi vos. Considerate me
fratrem vestrum p vobis et vobiscum
factum similem. Revertimini
ad me pium dominum. Inhonestas
quippe magna est, aliō dn̄o da-
re fidem: et alij obsequium
Vos enim mihi dedistis fidem, q de-
fenderetis fidem catholicam et
ecclesiam meam. Q̄ ꝯ missis subve-
niretis: et ecce inimico meo datis

obsequium. Deponitis et vexillum meum: et vexillum inimici erigitis. Ergo, o, Milites redite ad me cum vera humilitate, qui a me per superbiam discessistis. Si enim durum vobis videtur aliquid pro me pati, considerate quid ego feci pro vobis. Ego fui propter vos sanguinolentis pedibus ad crucem. Ego habui propter vos manus et pedes perforatos. Ego nulli membro meo peperci pro vobis. et tamen hoc totum negligitis recedendo a me. Redite ergo, et dabo vobis in auxilium tria. primo fortitudinem contra inimicos corporales. Secundo magnanimitatem, qua nihil nisi me timebitis. quia delectabile videbitur vobis pro me laborare. Tertio dabo sapientiam, qua intelligetis veram fidem et dei voluntatem. Ergo redite, et state viriliter.

Ego enim qui moneo vos sum ille cui angeli serviunt, qui patres vestros obedientes liberavi: inobedientes non judicavi. et superbos humiliavi. Ego fui primus in bello. primus in passione: Sequimini ergo me, ne sicut cera ab igne dissolvamini. Cur rescinditis promissionem vestram? Cur juramentum contemnitis? Nunquid ego minor, et indignior sum amico vestro temporali.- Cui si datis fidem solvitis. Mihi autem datori vite et honoris, Conservatori sanitatis non redditis promissum. propterea boni Milites, solvite promissum, et si non sufficitis opere, saltem conemini voluntate. Ego enim compatiens servituti vestre, quia diaboli opprimit vos, voluntatem recipiam pro opere. Si non redieritis ad me cum caritate, laborate pro fide ecclesie mee. Et ego cum omni exercitu meo, (sicut pius pater) occurram vobis. et dabo vobis pro premio, quinque bona. Primo honor eternus nunquam recedet de auditu vestro. Secundo facies et gloria dei, nunquam recedet a visione vestra. Tertio laus dei nunquam recedet ab ore vestro. Quarto anima vestra habebit omnia, que desiderabit. et nihil aliud desiderabit, nisi quod habet. Quinto nunquam separabimini a me deo vestro: sed sine fine durabit gaudium. et sine fine in gaudio vivet vita vestra.,, Ecce, o, milites talis erit retributio vestra, si fidem meam defenditis, et pro honore meo plusquam pro vestro laboratis. Recordemini si intellectus est vobis, quod ego patiens in vos sum. et quod inferretis mihi talem contumeliam, qualem vos ipsi a vestris non velletis pati. Sed licet omnia ego ex potentia mea possim: et licet justitia clamet super vos vindictam. Adhuc tamen misericordia mea, que est in sapientia et bonitate parcet vobis. propterea querite misericordiam. Ex caritate enim prebeo eam illi, a quo rogari humiliter deberem:-

IMPERATOR xpus loquitur ad sponsam dicens. Dixi tibi prius de fine, et pena Militis qui primo recessit a militia mihi

pfessa. Nunc ego dico tibi p similitudinez.
qz aliter spualia no posses intelligere de
glia et honore illius, qui uiriliter ueram
Miliciam primo incepit, et uiriliter ꝯsumma-
uit. // Iste amicus meus cum uenit
ad finem vite sue, et aia de corpore exi-
ret, statim quinqz legiones angtoꝝ mitte-
bant i occursum eius. Inter quos uene-
runt innumabiles demones, et aliqd
sui iuris inuenirent ꝯ animam illam.
qz pleni malicia sunt, et ab ea nunqz
cessant. Tunc aut una uox clare
et lucide sonuit i celo, dicens. Nuqd
no est iste, o, dne pr, q aduolutatem
tuam se alligauit: et eam pfecte com-
pleuit. Et tunc ipa anima psonaliter
respondit, in intelligentia, et consciencia
sua. Vere ego sum. Deinde statim
tres uoces audiebant. Vna ex pte dei-
tatis dicens ad aiam. Nuqd no ego
te creaui, et dedi tibi corpus et aiaz.
Tu igit es filius meus et uoluntate
pris tui fecisti. Veni ergo nuc ad
me potentissimu creatorem tuum, et
dulcissimuz prem. Tibi eni debetur
eterna hereditas pris, qz ei obedisti.
Veni ergo dulcissime ad me, Et ego
recipiam te cum leticia et honore.
Secunda uox audiebat ex pte humani-
tatis, dicens. Frat mi ueni ad me
frem tuum. Ego eni obtuli me p te in-
bellum. Ego fudi sanguinez meu p te.
Veni ergo ad me. quia secutus fuisti
voluntatez meam. Veni ad me quia
rependisti sanguinez p sanguine, q patus
fuisti dare mortez p morte, eternitaz
pvita. Ideo tu q sequebaris me i
vita tua, Veni nunc i vitam meaz
Et gaudium meum qd no finiet, ueracit,

eni ꝯstecor te frez meu. // Tercia
uox audiebat ex pte spus sci: Qui
no tres dij, sz unus. dicens Veni
inquit Miles meus, q fuisti sic
desiderabilis i tuis, q ꝯcupiui
hitare tecum. Tu eni fuisti sic
virilis contra, q dignus eras ut
ego defenderez te. Et ideo p corpo-
ris tui ingratitudine, intra i regez:
p merito tue tribulatoe ingredere
i ꝯsolationem i effabilez. Pro cari-
tate tua et uirili decertatione,
intra in me ipz: Et ego hitabo
in te, et tu i me. Veni ergo egre-
gie miles ad me, q nihil deside-
rasti nisi me. Veni et replebis
diuina dulcedine. // Post hec
aut quinqz legiones angtoꝝ, quasi
quinqz vocibus sonuerut. prima lo-
quebat dicens. precedamus istu
egregiu Militez, et portemus ante
eum arma sua, et pntemus deo
nro fidem suam, quam incussam
co- suauit, et ab inimicis iustitie
defensauit. Secunda uox ait. fe-
ramus ante eum clipeuz suum.
idest demonstremus deo nro patie-
ciam suam. Que quius deo nostro
nota sit, tam gloriosior erit ex
nro testimonio. p pacientiaz eni
no solum aduersa substinuit pa-
tient: sz et p aduersis gras deo
referebat. // Tercia uox ait. pre-
cedamus euz, et pntemus ipsum
conspectui dei nri. Gladiuz eius.
idest demonstremus obedientiaz eius,
qua i duris et leuibus iuxta modum
pfessionis sue obediuit. // Quarta
vox angtoꝝ ait. Venite ondamus

Jesus

deo equum istius Militis. Idest testimonium phibeamus humilitatis eius. Sicut enim equus portat corpus hominis. sic humilitas eius predonis eum et subsequens ad omne opus bonum ferebat eum. Nihil quippe in eum invenit suphia suum, et ideo secure equitabat. Quinta vox ait. Venite et presentemus deo nostro galeam suam. Idest testimonium demus de divino desiderio eius, quod huit ad deum. Ipse denique omni hora meditabatur eum in corde. Ipsum habebat in ore. Ipsum in operibus. Ipsum super omnia desiderabat, et pro eius amore et honore exibuit se mortuum mundo. Ergo presentemus hec deo nostro, quia dignus est iste pro modico labore hec eternam quietem, et cum domino suo letari. quem tantum et totiens desiderabat. Cum talibus enim vocibus et mirabili choro angelorum ferebat amicus meus in requiem perpetuam. Que videns ipsius anima exultans intime ait. Felix ego quod unquam creata sum: felix ego quia deo meo servivi: quem nunc video. Felix ego quia gaudium habeo et gloriam, que non finietur. Ecce taliter amicus meus venit ad me, et tali premio remuneratus est. Et quamvis non omnes effuderint sanguinem pro nomine meo, nihilominus eandem mercedem habebunt, si habent voluntatem dandi vitam suam pro me. et permittere se sic offerente, et necessitate fidei exigente. Ecce quantum voluntas bona facit.

FILES quidam de regno Suecie consuluit phitonem utrum homines illius regni deberent rebellare contra Regem: an non. Et sic evenit sicut phytonissa dixerat. Quo facto milite narrante Regi, presente Christi sponsa, statim ipsa cum divertisset a Rege audivit in spiritu vocem Christi dicentem sibi. Audisti quomodo Miles consuluit phytonem, et quomodo predixit futuram parem. Ideo dic Regi quod hec fiunt ex permissione mea. propter malam fidem populi. Nam dyabolus ex subtilitate nature sue, multa futura cognoscere potest, que ut decipiat credentes sibi et infideles mihi innotescit consulentibus. Propterea dic Regi quod tales homines extirpentur a consortio fidelium. quia tales deceptores sunt animarum: quia propter lucrum temporale dant et homagiant se dyabolo, ut plures decipiant. Nec mirum. quia quando homo plus desiderat scire, quam deus vult eum scire, et ditari: affectat contra velle dei. Tunc demon temptans mentem eius: et videns eam inclinatam in fictionibus suis, mittit adiutores suos. scilicet phitones. et alios adversarios fidei, quibus decipiatur. Et cum modicum temporale consequitur, perdit quod est eternum.

R

EX Quidam Suecie Rogavit Sponsam Christi, quod consuleret deum.

Jesus

Si placeret ei q̄ iret ī exercitū ɔ̄ paganos. q̄ habebat ī uoto. Sup quo sponsa orate apparuit ei xp̄us dicens. Si Rex uoluerit exire ad paganos ɔsulo, nō precipio. quia maius meritū est facere sm̄ ɔsiliū: q̄z ex precepto. Ideo cōsulo ei duo. pmo q̄ hēat cor bonū, ꝛ corpꝰ aptum. Cor scilz bonū, ut nulla sit intentio alia exeundi: nisi pp caritatem dei, et salutez aīaꝝ: Corpus nō aptum, ut scilz rationabilis sit ~~ide~~ ī ieiunio ~~et~~ labore. Secundo labōret, q̄ uassallos et Milites habeat, uoluntarios et correctos. Ideo circueat pmo regnū suū, Inquirendo quō iusticia ɔ̄uata est. Qualit̄ et p quos factā sunt iudicia. Quia q̄ alios conantur mittere ī celum, necesse est ut incipiat a se ipō corrigendo errores suos, Et post hoc subditos amonēdo. et corripiendo: et virtuosis exemplis incitando.

Prius loquebatur spōse ~~dicens~~ dicens. Dicitur q̄ nemo ~~inuitus~~ īuitus compelli debet ad regnum celoꝝ. Respondeo, q̄ ubi flores boni impediūt a zizania: Nunqd nō est melius q̄ succidant zizanie, ne flores ascendentes impediant. Ppea q̄ uadūt ad terras infideliū, Offerant pmo eis pacem et fidem, et libertatez. Et si infideles nō recipiūt ɔsilia eoꝝ, et amonitiōnes, tunc et manus et zelus sunt exercenda. Omnes enī q̄ p caritate

mortui fuerint, Ego deus ipa caritas reddam eis centuplum. Et et ipi infideles ad minora supplicia puenient: q̄ si diutius uiuerent et in pace morerent. quia si amplius uiuerent amplius peccarent. Tantū enī bonum est caritas: q̄ nec minima cogitatio erit sine remuneratione: q̄to magis opus bonum.

Conquerebatur sponsa ad xp̄m orando p Regno Suetie. Int̄ alia dicens. Dn̄e igne ī dignaris si loquor et quero. Audiui ex scriptura q̄ nihil acqrēdum est cum iniusticia: nec tenendum est aliquid acquisitum ɔ̄ iusticiā. Nunc aūt Rex iste habet terram quam qdam dicunt hr̄e cum ex iusticia. Alij nō respondent ɔ̄trarium. Et ideo mirū est, si ī isto hoc tolleras: qd̄ ī alijs reprobatur. Rn̄dit deus. post diluuium Nulli hoīes romanserunt, nisi illi q̄ erant ī archa noe. Et ex eis una pgenies nata est, que uenit ad orientez. De qua et qdam uenerunt ī Suetiam. Et alia generatio uenit ad occidentez. De qua qdam exorti uenerūt in daciam. Sed q̄ pmo ceperunt tollere terram nō circumuallatam aqua nihil appropriabant sibi de tra eoꝝ q̄ hītabant ultra aquas, et in insulis. Sed unusqsq ɔtētabatur

de eo quod invenerat. Sicut scriptum est
de loth et habraam. Si inquit tu adde-
xteram vadis: Ego sinistram tenebo. Qua-
si diceret. Quod inquit tu tibi appropriaveris,
hoc erit tuum et heredum tuorum. „ De-
inde procedente tempore venerunt judices, et
reges qui contenti terminis suis non occu-
pabant terram eorum, qui in insulis, et ultra
aquam habitabant. Sed stabat unusquisque in
terminis et limitibus antiquorum. Respondit
sponsa. Quid si pars aliqua Regni, do-
natione aliqua alienaretur a regno. Numquid
a successore non repetendum esset. Cui deus
In regno quodam inquit servabatur corona
pertinens ad Regem. populus itaque regni
considerans se non posse stare sine Rege,
elegerunt sibi regem, tradentes coronam
Regi electo custodiendam, et resignan-
dam regi futuro. Si igitur iste rex sic
electus. aliquam partem de corona alie-
nare vel minuere vellet. Certe Rex
futurus repetere posset, et deberet: quia
nulla diminutio debet esse in corona.
Nec Rex diminuere vel alienare potest
coronam Regni: nisi forte rationabili causa
addiciens suos. Quid enim est corona re-
gni, nisi potestas regalis. Quid vero
Regnum: nisi populus ei subjectus. Quid
non Rex nisi mediator et conservator
Regni et populi. Ergo conservator et de-
fensor corone: nequaquam dimidiare debet
vel diminuere coronam in preiudicium
futuri Regis. „ Respondit sponsa. quid
si ex necessitate vel violentia Rex
cogeretur alienare partem corone. Cui
deus. Si inquit essent duo homines
discordantes. Alter qui potentior nollet
dare gratiam, nisi abscinderetur digitus
alterius. Cuius enim esset digitus abscisus,

nisi eius qui dampnum passus est. Sic est iam et
de Regno. Si rex aliquis propter necessitatem
vel captivitatem diminueret partem aliquam
de Regno. Certe Rex futurus repetere potest.
Quia Rex non est dominus corone: sed rector.
Nec necessitas facit legem. Respondit illa.
Quid si rex alicui domino concessisset ad dies suos
partem aliquam corone. Et mortuo Rege dominus
ille, et successores sui detinerent illa concessa
tamquam propria. Numquid repetenda essent. Cui
dominus utique terra illa redire debet, ad legiti-
mum dominum. Idest ad illum Regem heredem
predecessoris Regis concedentis. Respondit illa.
Quid si pars corone impignorata esset,
alicui propter debita. Illo quoque levatis et percep-
tis fructibus multis annis mortuo. terra perve-
nerit in manus alterius, qui nullum jus habet
ad terram, ex eo quod nec concessa ei fuisset: nec
pignorata. Sed occasione quadam occupasset
illam. nec dimittere vellet: nisi accepta
pecunia. Quid in tali casu faciendum esset.
Cui dominus. Si inquit aliquis haberet globum
aureum in manu. et diceret astanti. Glo-
bus inquit iste tuus est. si rehabere
intendis da mihi tot libras. Certe dari
sibi deberent tot libre. Quia ubi potesta-
tive aliqua terra occupata est. et paci-
fice possessa: sapienter repetenda est. et
computatis dampnis reducenda. Nunc autem
sicut rex electus elevatus super lapidem
quendam ad spectaculum populi. designat se dominum
habere populum et possessionem, et in superioribus
partibus regni. Ita et terra ista in partibus inferio-
ribus, et jure hereditario, et emptione, et
redemptione, pertinet ad Regnum. Ideo
Rex obtenta conservet: ne forte si aliter
fecerit et dominium perdet, et sub corona redu-
cetur. „ Iterum loquebatur sponsa ad dominum.
O. domine inquit ne indigneris, si adhuc quero

Iesus

Semel. Iste Rex habet duos filios et duo regna. In alio regno eligitur rex iure hereditario. In alio vero secundum fauorem populi. Nunc autem contrarium factum est. Nam filius iunior assumptus est in regnum hereditarium. Maior vero in regnum quod per electionem debetur. Respondit deus. In electoribus eorum tria erant inconuenientia: et quartum super excellit. Inordinatus amor: prudentia simulata: Adulatio stultorum: et diffidentia de deo et communitate regni: Et ideo electio eorum fuit contra iustitiam: contra deum: et contra bonum rei publice et utilitatem communitatis et populi regni. Propterea ad prouidendum paci, et consulendum utilitati communitatis populorum, et regni, necesse est quod senior filius recipiat regnum hereditarium: iunior vero ad electionem ueniat. Alioquin nisi retractetur, tempore suo regnum patietur dispendium: communitas regni affligetur: discordia filiorum orietur: dies filiorum erunt in amaritudine. Et Regna eorum iam non erunt regna. Sed sicut scriptum est, potentes transmigrabunt a sedibus suis. Et qui ambulabant in terris eleuabuntur. Ecce dico tibi exemplum de duobus regnis. In uno est electio. In alio vero est hereditas. Primum ubi electio est, destructum et afflictum est. quia uerus heres non eligebatur. Et hoc fecerunt preces eligentium, et cupiditas ambientis regnum. Ergo deus non affligit filium pro peccatis patris. nec in eternum irascitur: Sed iustitiam facit, et seruat in terris et in celis. Ideo regnum illud non ueniet ad priores gradus, et feliciorem statum: donec uerus heres consurgat. aut ex paterna successione aut materna: -

Filius loquebatur sponse dicens. Ego sum similis regi qui stabat in campo, ad cuius dexteram stabant amici: et ad sinistram inimici. Quibus stantibus vox una cuiusdam clamantis uenit ad dexteram: ubi omnes bene armati stabant. Galeas habebant ligatas, et facies versas ad dominum. Clamabat autem vox sic. Vertite uos ad me: et credite mihi. Ego enim habeo aurum dare vobis. Qui audientes uerterunt se ad eum. Quibus versis dixit vox secundo. Si uolueritis uidere aurum, soluite galeas uestras. Et si possidere desideratis ego iterum ligabo galeas uestras ad uoluntatem meam. Quibus facientibus ei ligauit galeas eorum ex transuerso. Ita quod anteriora, et foramina, per que uidere debebant, erant in occipite. Et posteriora galee obumbrabant oculos ne uiderent, Et sic ille clamans cecos duxit, eos post se. Quibus gestis nuntiauerunt quidam amici regis domino suo regi. quod homines sui ab inimicis suis essent supplantati. Rex autem ait ad amicos suos. Exite inter eos. Et clamate sic: Soluite galeas uestras. et uidete quod decepti estis. Conuertimini ad me: et ego recipiam uos in pace. Qui noluerunt audire: sed habuerunt pro derisu. Quod serui audientes nuntiauerunt hec domino suo quod at.

Ergo quia ipsi contempserunt me: procedite cito ad sinistram partem et dicite eis, qui ad sinistram stant, hec tria. Via que ducit nos ad vitam parata est vobis. Porta apta est, et dominus personaliter cum pace vult occurrere vobis. Ergo credite firmiter viam esse paratam. Sperate stabiliter portam esse apertam. Et verba eius esse vera. Occurrite cum caritate domino. Et ipse cum caritate et pace suscipiet vos, et ducet in perpetuam pacem. Qui audientes verba nunciorum crediderunt, et suscepti sunt in pace. Ego sum ille rex, qui christianos habui ad dexteram: quia eis eternum bonum preparaui. Quorum galee tunc ligate et facies ad me verse erant, quoniam voluntatem perfectam habuerunt facere voluntatem meam: obedire mandatis meis. Et desiderium totum erat ad celum. Tandem vox diaboli, id est superbia sonuit in mundo, que ostendebat mundi diuitias, et carnalem voluptatem. Ad quam tunc se verterunt: cum affectu, et consensum superbie dederunt. Pro qua et tunc galeas deposuerunt: cum affectum opere compleuerunt, et temporalia spiritualibus preposuerunt. Depositis ergo galeis diuine voluntatis et armis virtutum. tantum modo superbia preualuit in eis. et tantum eos sibi obligauit, quod libenter usque in finem volunt peccare: et libenter in eternum vellent viuere, ut in eternum possent peccare. Que superbia est sic obumbrauit eos, quod foramina galearum, per que videre deberent, stant in occipite: et in fronte tenebre sunt.

Que enim sunt foramina galearum: nisi consideratio futurorum: et provida circumspectio presentium. Per primum foramen deberent considerare premia eterna, que delectabilia sunt: et futura supplicia que horribilia: ac dei iudicia que terribilia. Per secundum vero foramen deberent considerare que essent precepta a deo, et que prohibita. Quantum excederent a mandatis dei: et quo modo emendarent. Sed hec foramina iam stant in occipite. ubi nihil videtur, quia consideratio celestium tradita est obliuioni. Amor dei refriguit. Amor autem mundi iam suauiter consideratur, et amplectitur, qui eos ducit tamquam rotam bene unctam ad quecumque vult. Verumtamen amici mei videntes dehonestationem meam animarum casum, et dyaboli dominium quotidie, pro eis ad me precibus suis clamant. Quorum preces penetrauerunt celum, et intrauerunt aures meas. Et ego flexus precibus eorum, misi eis cotidie predicatores meos. Ostendi signa, et multiplicaui eis gratiam meam. Sed ipsi omnia spernentes peccata peccatis addiderunt. Propterea dicam nunc seruis meis, et in veritate complebo. Procedite serui mei ad sinistram id est ad paganos, qui tamquam ad sinistram id est in contemptum usque nunc fuerunt. Procedite igitur et dicite sic eis. Dominus celi et creator omnium facit vobis dici. Via celi apta est vobis. Habete voluntatem intrandi cum firma fide. Porta celi stat vobis apta. Sperate firmiter: et intrabitis in eam. Rex celi, et dominus Angelorum vult personaliter occurrere vobis: et dare pacem, et perpetuam benedictionem. Occurrite ei, et suscipite eum cum fide eius, quam vobis ostendit. qua fide via celi preparatur.

Jeſus

Suſcipite eum cum ſpe: qua ſperatis: cum ipſe habeat iam velle dare vobis celum. Diligite eum toto corde: et opere complete: et ingredimini portas dei. a quibus xpiani qui eas ingredi nolunt, et ſe indignos per opera ſua faciunt, repellentur. In veritate mea dico vobis, quod complebo verba mea, et non dimittam. Suſcipiam vos in filios, et ero vobis in patrem. quem xpiani contemptibiliter contempſerunt. Vos ergo amici mei qui eſtis in mundo, procedite ſecure et clamate. Annunciate eis voluntatem meam, et iuvate ut poſſint complere. Ego enim ero in corde et in ore veſtro. Ego ero dux veſter in vita et conſervator in morte, non relinquam vos. procedite audacter. quia ex labore creſcet gloria. Omnia enim poſſem in uno puncto et verbo, ſed volo quod ex certamine creſcat vobis merces. Et ex virilitate ~~va~~ veſtra, creſcat honor meus. Nec miremini quod loquor, nam ſi ſapientiſſimus in mundo poſſet conſiderare quot anime deſcendunt cotidie in infernum, plures erunt quam harena maris dinumerata: et lapilli riparum. Hec enim eſt iuſticia quia ſe a deo et domino ſuo ſeparaverunt. Propterea ut minuatur numerus diaboli: ſciatur periculum, et impleatur exercitus meus. loquor ſi forte audierint, et reſipiſcant: -

FILIUS Dei loquitur ſponſe dicens. Rex qui lucra animarum querit et ad paganos egredi voluerit, habeat duo vexilla. In primo vexillo depicta ſit paſſio mea. que notat miſericordiam. In ſecundo gladius iuſticie mee. Veniens igitur rex ad paganos erigat primo primum vexillum miſericordie offerendo pacem eis. Qui ſi recipere noluerint: erigat poſtea vexillum iuſticie: Et confidens poſtea de bonitate mea, non timeat multitudinem inimicorum: Nec retrocedat ex puſillanimitate. Nec audiat voces dicentium, Revertamur quid ultra eſt laborandum. Si enim Rex in principio, qui vult guerras incipere, timuerit procedere, et continuare cum perſeverancia viriliter uſque ad finem. tunc non attemptet, nec incipiat illam ſanctam guerram. Quia melius eſt non aſſumere ardua: quam inchoata non perſequi cum caritate. Aſſumat etiam Rex ſecum clericos probate vite et religioſos diverſorum ordinum, qui vere contempſerunt mundum. Quia multi ſunt in mundo atque in paganiſmo, et inter gentiles, qui proferunt ſectas ſuas, quibus ſapienter eſt reſpondendum. Clerici et inſtruant populum, et amoneant: ne propter cupiditatem incurrant anathema: ne propter murmurationem, et vitam incontinentem moriantur: -

Loquitur xpus ad ſponſam de quodam regno Suecie. dicens. Dixi tibi prius quod puer eſt iſte rex. Et hoc ex duobus poteris intelligere. Primo ex regimine ſuo. Secundo ex ſuo exercitu inutili. Nunquid non paſtor

david vicit gigantem. Sed quomodo numquid potentia et sapientia: non utroque. Sed virtute divina. nisi enim deus infatuasset, alias infatuasset audaciam gigantis, et animasset mentem pueri david: quomodo puer aggressus fuisset gigantem. Et quomodo lapis penetrasset tam fortem et adeo armatum: nisi in lapide fuisset virtus dei. Ideo faciliter vincit, qui deum habet cohoperatorem. Nec ei qui deo perfecte innititur, opus est multa corporis fortitudine: sed fide, et caritate. Temporales enim homines fortitudine sua corporali vincere se arbitrantur. et exitum pugne ponunt in hominis industria. Et cum victores alias extiterint, plus ascribunt et attribuunt industrie hominis, quam virtuti dei. Quamvis nec boni nec mali sine permissione dei, et iustitia victores fiunt. Nam quandoque boni prosperantur super malos: et e contrario mali super bonos permissione occulta dei. Et quia patientiam et iustitiam dei pauci homines propter universalem negligentiam considerare volunt. Ideo virtus dei dehonestatur. Et homo qui potens et faciens victorias sua virtute laudatur et exaltatur. ,, Nec sine causa dixi, quod puer est iste Rex. Nam puer cum videt duo poma: aliud quod totum deauratum est extrius, et intus totum vacuum et corruptum. Aliud vero quod extrius minus est pulchrum: sed intus recentissimum. Puer magis eligit pomum quod exterius est pulchrum. et intus corruptum: quia nescit considerare, nisi illa que extrius videt. Sic iste Rex faciet. Pulchrum denique sibi videbatur procedere cum magno exercitu: sed nesciebat nec considerabat, que miseria latebat intus: non attendebat quanta fames et dolor sequeretur. Et quod vassalli sui missi fame egrederentur, et miserabiliores reverterentur. ,, Vile vero et fatuum videtur cum pauco procedere exercitu. Sed magna latet intus utilitas. Ideo si ipse sic vadat, scilicet cum humilitate et pauco exercitu, ego implebo conscientiam et intellectum eius divina sapientia. Et corpus eius fortificabo divina fortitudine. Nam ego possum facere fortem de infirmo, sublimem de humili, et honorabilem de abiecto. Ideo dic ei quod non vereatur. Sed ponat spem suam in me, et faciat cum divina sapientia, et humana premeditatione ea que potest. Et sic ubi sapientia humana deficiet, caritas, et voluntas bona eum excusabit. —

PATER loquebatur sponse dicens. Si rex exierit contra paganos, habeat numerum populi prefinitum. quia ego scio egressum, et regressum ipsius. Et quod multi vadunt qui non minus rebelles erunt deo: quam illi, qui cum Moyse egressi sunt. Sed sicut moyses non introduxit populum in terram promissam propter eorum ingratitudinem: Sic illi qui non dum nati sunt

[casus

pficient velle dei. Nec ꝯfidat Rex ga
dixi eum filiū meum: Et qꝛ nūqꝫ se
parare me vellem ab eo. quia si ipse
ꝯuauerit pmissum suū mihi: ꝯuabo
et ego pmissum meum sibi: Sed si
ipe ꝯtempserit me, timeat ne ꝯtem-
natur:-

· REGINA Celi loquebatur
sponse dicens, Seus siffridus.
ꝗᵗᵒ Giffridus Archiepus exi-
uit de Anglia et fecit volūtatē dei.
i Regno Suetie. Sic iste Epus p
quo tu oras, q vadit cū Rege ꝯtra
infideles, Cum venerit ad paganos,
Et fuerint alique tre ipoꝝ acqsite
p xpianos: constituat pmo ecclam
cathedralem i aliquo loco honesto
et ꝯgruo, ut tamqꝫ ad matrē possint
xpiani p necessitatibꝫ aīe ad eam hrē
refugium: Et fide catholice refici
et spūali ꝯsolari. Et si nō potest
Epus, nisi unū, ut duos clericos
ibi instituere et substentare secum
ꝯtentus sit: qꝛ filius meus potens
est augere dona sua. Et epatum
dilatare.,, Si nō ipe ut aly ami-
ci mei moriantᵘʳ anteqꝫ pficiantᵘʳ Vba
ista: Tunc volūtas bona reputabit
eos p ope: et mercedem hebunt
eandem. Et ideo nullus ꝯfidat de lōga
vita: Sed uniusqꝫsqꝫ expectet velle
dei patienter:- .

REGINA Celi appa-
ruit sponse dicens ei.
Audi tu que spūalia
vides, et veni mecum i spūssā
collocutionem. Ego sum vas re-
pletum et repletiuꝫ. Sicut eī
vas stans subtus torēte re-
pletᵘʳ aqua. Et sicut aqua efflue-
tē vas semp est repletum de
torrentis decursu. Sic aīa mea
qn̄ creata fuit et ꝯiūcta corpori
replebatᵘʳ ex decursu torētis.
scilꝫ spūs sci: quo nūqꝫ postea
euacuata est. ppea quicumqꝫ ve-
nerit ad me cum humilitate et
mundo corde hebit auxilium
de spū sco. Itaqꝫ bene possum
vocari vas repletum: qꝛ cum
essem i mūdo i decursu torētis
eius filius dei, venit i corpus
meum, et sumpta de me cārne
et sanguine moratus est i me.
donec natus est de me ea nativi-
tate, qua nasci decuit filiū dei.
Natus ergo et veniens i manus
meas Angli gavisi sunt, et
nūtiaverunt pacem i terris.
Post hec aūt filius meus accidit
gravitᵉʳ i penam mortis, qn̄ cutis
eius rumpebatur a flagellis: ossa
ꝯstringebantᵘʳ a clavis, Et quando
cor cepunt motus omnibꝫ mem
bris. Itaqꝫ iste casus mortis

tam magnus fuit, quod ex eo mi-
nuebatur potestas diaboli: et porte
celi aperiebantur. Ergo passionem
filii mei comparo tonitruo: cuius
adventus prius auditur: et longe plus
postquam sonus venit. Sic passio filii
mei diu ante nunciabatur per ora
prophetarum antequam veniret. Postquam vero
filius meus mortuus est: tunc ma-
ximus fragor et sonus factus est. qui
diu post passionem eius audiebatur
et predicabatur. Et propterea multi gaudenter
dederunt vitam suam. Nunc autem
filius meus sic oblitus et neglectus
est, quod quidam ducunt mortem eius
pro nihilo. Alii dicunt se nescire
utrum fuerit, ut non: Alii sciunt.
Sed non curant. Pauci vero sunt qui
mortem eius recordentur cum caritate. Itaque
ut passio filii mei reduceretur ad me-
moriam: ideo verba dei tibi divini-
tus data venerunt in mundum. Propterea
et tu missa es ad regem istum Sue-
tie, qui irretitus multis peccatorum
laqueis postquam adseparatus fuerit
a diabolo suscepi eum mihi in filium
desiderans eum facere pugnatorem
egregium ad honorem dei. Quod
videns diabolus invidit ei: sicut
quondam Moysi proiecto in aquam
cuius fiscellam deus direxit ad terram.
Qui postea licet adustus fuerit in
lingua, tamen loquebatur, que voluit
deus. Et fugiens ex timore de
Egypto rediit ex divina providentia
ad pharaonem. Simili modo fecit
Regi diabolus. Iactavit enim in cor
eius procellam quandam, ut congrega-
ta multitudine hominum a guerra re-
trocederet propter paupertatem, et famem. Et
ideo constituebat certus numerus personarum
Item Rex suggerente diabolo cogitavit
sic. Amici inquit dei, non habent scientiam
pugnandi: ideo ingrediam homines doctos
ad pugnam. Cui postea diabolus misit
multos de suis, quorum consilio regeretur.
Propterea contrarium erat Regi, quorum consiliis
obediret. Consultum etiam fuit Regi, quod cleri-
ci, et Religiosi approbate vite seque-
rentur eum: et hoc factum fuit ex provi-
dentia spiritus sancti, contra astutiam diaboli. Ipse
quippe bene scit quod non est longum tempus
quo deus ostendere velit quomodo in sua pu-
gna aggredienda est. Scit etiam diabolus
multos in paganismo esse, qui se magnos
in sua secta reputabant: nec ignorat
quod multi sunt, qui desiderant scire fidem
sanctam catholicam. Propterea desiderat dia-
bolus, ut tempore guerre advenientes illi
mitterentur ad paganos qui essent idiote
et pleni avaritia. Ergo amici dei
clerici et Religiosi parati esse debent
cum spirituali sapientia paganis venien-
tibus cum sua secta respondere. Multa
etiam alia dicta sunt tibi, que non statim
perficientur. Sed verba custodiri debent
ad tempus prefinitum. Nam plurima ostendit
deus Moysi, que non completa sunt
una hora. Sic et David longo tempore
unctus fuit Rex antequam perveniret ad
potestatem. Et ideo amici dei expe-
ctent patienter, et non attendient in operando.
Diximus etiam quod fratres ordinis Dominici
et Francisci, et bernardini concurrent
cum Rege ad paganos: quia illi tres
ordines ad paganismum primo sunt vocandi.
quia monasteria per illos inchoari debent
qui veraciter contempnunt mundum, et qui non habent

aliam voluntatem nisi honorare deum.
et eius amicitiam invenire. Vero quidem
de d[omi]nis fratribus cogitant sic. Ubi inquiunt
est populus, cui predicandum, ubi loca sunt
edificanda. Similiter dixit Israel Moysi
Ubi inquit est terra promissa. Melius enim
fuisset sedisse in egypto super ollas carni-
um. quam in deserto periclitari fame et tribu-
latione. Attamen pervenit Israel tempore pla-
cito in terram promissam, licet aliqui mur-
murabant. Ergo rex habeat secum semper
clericos devotos, et tales qui sequantur
eum voluntarie ex divina caritate.
Et caveat habere clericos cupidos, sicut
aves rapaces. Sed audi iam quod ego
mater misericordie dictura sum. Ille Rex
quem ego prius vocavi filium meum:
nunc iam est factus filius in obedientie.
Cui existenti puero custodiebant duo
Regna. Qui cum ad annos discretionis
venisset regebat iniuste, et omnia
agebat sine discretione. Attamen deus
patienter semper agens cum eo etiam
spiritualia bona fecit cum eo quando
caritatem cordis sui vertit ad deum.
Insuper tria reduco ei ad memoriam
que deus fecit ei. Sepe enim contingit
quod infans in utero matris ita fortiter cum
matrice ligatus est, quod nullo modo se-
perari potest ab eo. Quod obstetrix pru-
dens perpendens cogitat secum dicens.
Si infans ulterius morabitur in utero matris
morientur ambo. Si vero separabuntur ab
invicem mortua quidem matre vivere
potest infans. Et sic obstetrix procedens se-
perat infantem a matre. atque a matrice.
Simili modo Rex iste alligatus erat ma-
tri sue scilicet mundo. qui si diutius in eo
stetisset utique mortuus fuisset ad penam

inferni. Ego vero Regina celi pro-
veni ad Regem separans eum ab amo-
re mundi. Per gressum autem quo
ivi ad Regem intelligo introitum
spiritus sancti in cor eius. Quia ubicumque
ingreditur spiritus dei, ibi intrat pater
cum spiritu sancto, et filius cum patre et
spiritu. Et mater cum filio. Quia omnis
homo qui habet deum in corde suo
habet et me. Nam sicut impossibi-
le est, quod tres persone in trinitate
separi possint. Sic impossibile est
stante lege currente, quod ego que
sum mater dei separi possim a deo.
Ego quippe habui filium dei in me
cum deitate et humanitate. Ideo
deus pater habet me in deitate sua. Et
est vinculum dilectionis nostre spiritus sanctus
ille qui est in patre et filio, et ipse
et est in me, et numquam possimus
separi. Isto ergo modo quando ego
ivi ad regem deus dedit cordi eius
contritionem: et oculis eius lacri-
mas spirituales: que nullus obtinere
potest nisi ex divina gratia eius.
Secundo reduco Regi ad memori-
am qualis gratia facta est in regno
eius: Nam filius meus qui sedet
in summo trono maiestatis excel-
se loquitur frequenter tibi que
nata es de Regno eius. Et
hanc gratiam ego promerui Regi
Ut faceret honorem deo, et fructum
anime sue. Cui etiam per te ostendi
quomodo regnum suum regeret
sapienter, et populum sui Regni
caritative diligeret. Et qualiter
vitam suam gubernaret corporaliter
et spiritualiter ad honorem Dei.

Tertio reduco ei ad memoriam
quomodo electus est, ut fidem sanctam
catholicam deferret si vellet ad pa-
ganismum. Sed audi nunc quid fecit
iste Rex. Ego enim mater nunc voca-
vi istum Regem filium meum novum.
Et ideo novum quia noviter venerat
ad obedientiam sanctam. Cui promisi
per te quod vellem esse domina et defen-
satrix exercitus sui et Regni sui.
Et quod starem ante eum contra ini-
micorum eius. Et ita factum est, nam
pax erat contra sua ex divina
providentia propter preces meas. Et ante
ipsum fui in terra inimicorum eius.
quando maiores inimicos eius
congregavi in unum locum terre, quos
ei traditura eram. Parvo igitur
tempore elapso accesserunt ad Regem
istum instrumenta diaboli, plena
corde malo et maligno spiritu, qui
confidebant in manibus hominum plusquam
in auxilio creatoris. Quorum cupi-
ditas maior fuit ad possessiones
terrenas, quam ad adiuvandum animas.
Quorum linguas ille excitavit ad
loquendum. Qui movit linguam
Iude ad vendendum creatorem suum.
Quorum dentes elevabantur digitis
diaboli. Quorum frigida labia per-
linita fuerunt veneno diaboli.
Propterea divina caritas non sapuit
eis: sed exponentes verba veritatis
falsitatem in ore habuerunt.
Quorum malignis consiliis obediens
Rex cucurrit et distraxit de
manibus meis congregatos inimicos
meos resistentes fidei sancte. Et
tunc ego vacuo sinu remansi sola.

Ipse quoque rex fecit discurrere lupos
assignans agnos in manu serpentum.
qui parati sunt diripere oves. Et
maiori nunc veneno malitie sunt reple-
ti. Talia enim processerunt de dolosis
suggestionibus diaboli: quia contemptis
consiliis amicorum dei, Rex obedivit
consiliis carnalium hominum. Et non atten-
dens fortitudinem dei, nec cogitans con-
silium meum rediit sine aliquo fru-
ctu, et gravavit communitatem, et populum
Regni sui; factus inobediens deo, et
hominibus, et violator promissionis mi-
litie sue. Sed sicut mater facile
faciliter placari solet filio petenti mi-
sericordiam. Sic ego nunc dico ei. Fili
convertere ad me et ego revertar ad te.
Surge de casu tuo, secundum consilia
amicorum dei. Hec igitur est ultima
littera, quam ego mittam ei:-

ATER Dei loquitur ad sponsam dicens. Filia dixi tibi prius quod illa esset ultima littera mea mittenda illi Regi Amico. Quod intelligendum est de hijs que tangunt personam eius singularem atque meam. Si enim aliquis sedens audiret aliquid utile decantari, quod pertineret ad amicum, ut referret eidem. Sive esset illud cantilena letitie, sive littera reprehensionis salutaris, uterque esset dignus remuneratione. scilicet et qui dictabat, et qui decantabat. Sic enim justitia dei judicans equitate, et justificans in misericordia, decantare vult justitiam, et misericordiam. Ergo quicumque audire voluerit audiat: quia non est littera reprehensionis sed cantilena justitie et caritatis. Quando enim olim mittebatur littera alicui continebat reprehensionem et admonitionem: arguebat de ingratitudine beneficiorum, et admonebat de correctione morum. Sed nunc justitia divina decantat pulchram cantilenam, que pertinet ad omnes. Quam qui audierit, et credendo cum operatione receperit: inveniet fructum salutis: et fructum eterne vite. Sed potius queritur quare verba dei ita obscure dicantur, quod diversimode interpretari possunt: et quandoque aliter a deo, et aliter ab hominibus intelliguntur. Respondeo. deus similis est confectori, qui conficit vinum ardens, seu aquam ardentem: que de vino conficitur. Ille enim confector habet plures fistulas. scilicet quasdam ascendentes, quasdam vero descendentes, per quas vinum nunc sursum, nunc deorsum

cooperante ignis calore decurrit donec fit perfectum. Sic deus in verbis suis facit. quia quandoque ascendit per justitiam: Quandoque iterum descendit per misericordiam. Sicut patuit in rege cui propheta ex justitia dixit quod moreretur. et tamen postea misericordia addidit ei plures annos adviuendum. Quandoque et descendit deus, per simplicem verborum prolationem, et corporalem expressionem Sed ascendit iterum per spirituales intelligentiam. Sicut in david, cui multa dicta sunt, sub nomine salamonis. Sed completa sunt, sicut et intellecta in filio dei. Quandoque et loquitur deus de futuris, quasi de preteritis, et presentia simul tangit et futura. Quia omnia sunt in deo, et presentia et preterita et futura. quasi unum punctum. Nec mirari debes, si obscuris modis loquitur deus. quia hec fiunt quadruplici de causa. Primo ut ostendat deus magnam misericordiam suam, ne quis audiens justitiam dei desperet de misericordia eius. Quia quando homo mutat voluntatem peccandi: tunc et deus mutat districtionem sententie sue. Secunda est, ut creduli justitie et promissionum dei amplius coronentur propter fidem, et expectationem. Tertia vero est, quia si consilium dei certo sciretur tempore. Quidam propter prescitos eorum casus multum turbarentur. Alij ex tedio a desiderio et fervore suo desisterent. Et ideo propter ista quando alicui scribo aliqua verba, non exprimitur ibi in conclusione. Utrum illa verba

recipient, et credent cum effectu ab eo: ut non. Nec et tibi declaratur hoc an ille credet, et perficiet opera illa: an non: quia non licet tibi scire hoc. Quarta causa est, ne aliquis presumat improbe discutere verba dei. Ipse enim est, qui de sublimi facit humilem, et de inimico facit amicum. Quinta est, ut qui occasiones discedendi querit, et qui sordescunt: sordescant adhuc: Boni quoque fiant manifestiores.

Item ait sponsa. Deinde dei filius loquebatur ad me dicens. Si aliquis loqueretur per fistulam habentem tria foramina, et diceret audienti. Numquam ex isto foramine audies vocem meam: non esset arguendus, si postea loqueretur per duo reliqua foramina. Sic et est nunc in locutione mea. nam licet mater mea Virgo dixerit, quod illa esset ultima littera mittenda regi. hoc intelligendum est, de persona sua. Sed nunc ego deus qui sum in matre, et mater in me, mitto nuncium meum Regi. tam propter eos, qui nunc sunt presentes vivi: tam propter eos, qui nondum sunt nati.

Ab eterno itaque iustitia, et misericordia in deo sunt: nam ab eterno ista in deo fuit iustitia. Ut cum deus ante luciferum plenus esset sapientia et bonitate, et potentia: voluit quod plures participarent bonitatem eius, et ideo creavit angelos. Quorum quidam attendentes pulchritudinem suam, desiderabant esse supra deum: propterea corruerunt, et facti sunt sub pedibus dei demones mali: Et et in isto deus quodammodo habet misericordiam. Nam cum diabolus ex iustitia et permissione dei, perficit malum, quod concupiscit: est quodammodo consolatus ex perversitate malitie sue. Non quod pena diaboli minuatur ex hoc. Sed sicut eger habens inimicum fortissimum consolatur de auditu mortis eius. licet dolor infirmitatis sue non minuatur ex auditu illo. Sic diabolus ex invidia qua ardet: deo faciente iustitiam contra homines exhylarescit, et letatur. Et quasi sitis malitie sue, refrigeratur, et lenitur.

Rex postea deus videns in exercitu suo diminutionem: creavit post presumptionem demonum: homines ad obediendum preceptis suis: Et ut fructificaret donec tot homines ascenderent celum: quot angeli de celo ceciderunt. homo igitur perfectus creatus est: qui cum accepisset mandatum vite: non attendit ad deum: nec ad honorem suum. Sed consentiens suggestioni diaboli prevaricatus est dicens. Comedamus de ligno vite, et sciemus omnia sicut deus. Isti enim scilicet Adam et Eva. voluerunt deo malum sicut diabolus. Sed nec et voluerunt esse super deum. Sed voluerunt esse sapientes sicut deus. Ideo ceciderunt. Sed non sic demon. Nam diabolus invidebat deo, ideo non erit finis miserie eius. homo non quia voluit aliud quam deus voluerit eum velle. Ideo meruit, et sustinuit iustitiam cum misericordia. Tunc non illi protoplasti senserunt iustitiam cum mendicitatem obtinuerunt pro nostra glorie. Fames pro habundantia: pruritum carnis pro virginitate. Timores pro securitate.

Laborem p quiete. Qui et statī ob-
tinuerunt misericordiam: scilʒ uestitū
contra nuditatem: cibum contra famem: serui-
tatem coniunctionis mutue pp posteritate
generationis augmentandam. Nempe
Adam honestissime vite fuit: qui
nunquam vxorem hūit, nisi euam: sed
nec aliam mulierem nisi illam solam.
Item deus et iustitiam et misericor-
diam hꝫ in animalibꝫ. Deus nempe
fecit tria egregia. primo angelos, qui
spiritum hūt: sed nō carnem. Secundo
hominem qui hꝫ animam et carnem. Tertio
animalia que carnem hūt sed nō animam.
sicut homo. Angelus ergo quia spiritus ē
deo incessanter adheret: et ideo huma-
no nō indiget adiutorio. homo uero
quia caro, deo incessanter adherere nō
potest, tanquam mortale separatum a spiritu.
Et ideo ut subsistat homo creauit ei
deus in adiutorium animal irrationa-
le, ut obediat et seruiat suo meliori.
Itaque in istis animalibꝫ irrationabilibꝫ deus
magnam hꝫ misericordiam: quia nō hūt
pudorem de membris suis: nec dolorem
mortis, antequam mors ueniat. Simplici
quoque victu contentantur. Deinde
cum pertransisset diluuium: et deus
fecit iustitiam cum misericordia: bene po-
tuisset deus introduxisse populum Isra-
el. in terram promissionis in breuiori
tempore. Sed iustitia fuit quod vasa que
optimum potum tenere debebant, pri-
mo pararent et purgarent: et de-
inde sanctificarentur. Quibꝫ et deus
magnam fecit misericordiam: quia uno homine
scilʒ Moyse orante peccatum eorum de-
letum fuit diuina gratia data. Si-
militer et post incarnationem meam.

nunquam iustitia sine misericordia: nec misericordia
sine iustitia exercetur. Tunc autem
vox vna insonuit in altum dicens.
O mater misericordie, mater eterni
Regis impetra misericordiam. Ad te
quippe venerunt preces et lacrime fa-
muli tui, Regis. Scimus enim quod iu-
stitia est ut puniat peccata eius.
Sed impetra misericordiam, ut correc-
tatur, et agat penitentiam, et fa-
ciat honorem deo. Respondit
Spiritus. Ideo quadruplex est iustitia:
prima est, ut ille qui increatus est,
et eternaliter est, honoretur super
omnia. Quia ab ipso sunt omnia, et
in ipso viuunt, et subsistunt uniuer-
sa. Secunda iustitia est, ut ei qui
erat, semper fuit, et est: et qui tempore
tempore diffinito temporaliter natus est, ser-
uiatur ab omnibꝫ. Et ipse in omni pu-
ritate diligatur. Tertia iustitia est,
ut ille qui est ex se impassibilis.
et ex humanitate factus est passi-
bilis: et qui mortalitate assumpta
promeruit homini immortalitatem:
desideretur super omnia, que deside-
rari possunt, et que sunt deside-
randa. Quarta iustitia est: ut
qui instabiles sunt inquirant ueram
stabilitatem: et qui in tenebris sunt,
desiderent lucem. Idest spiritum sanctum.
petendo auxilium eius cum contritione, et
uera humilitate. Se de illo suo
miseris dei, pro quo nunc misericordia petitur.
dicit iustitia quod tempus nō sufficit ei
ad purgandum digne secundum quod exi-
git iustitia. peccata illa que co-
misit contra misericordiam dei. nec substi- copia
nere posset penam quam meruit.

p peccatis. Vexatam misericordia ma-
tris dei pmeruit, et impetrauit
misericordiam p eodes suo suo. ut ipe
audiat illa que egerat. et quo m°
se emendare potuit si forte compungi
uoluerit et conuerti. ,, Et statim
i eodem puncto vidi i celo unam
domu mire pulchritudis, et ma-
gnitudis, et i domo erat pulpitum
et i pulpito liber. et vidi duos
stantes ante pulpitum: scilz Angelz
et diabolum. Quorum alt scilz diabol
loquebat dicens. Nom meum est heu.
Iste itaqz angelus et ego insequi
mur unam rem desiderabilem nobis.
qr uidemus q dnus q potentissimus
edificare pponit rem grandem.
et ideo laboramus. Angelus scilicet
ad rei pfectionem: ego uo ad eius
destructionem. Sed contingit nobis q
cum res illa desiderabilis uenit
aliqn i manus meas, tanti feruo-
ris et caloris est q no ualeo te-
nere eam. Cum uo uenit aliqn
i manus angli, ita frigida et lu-
brica est, q statim relabit de ma-
nibus eius. Et cum ego attente intu-
erer ad idem pulpitum tota con-
sideratione mentali, intellectus
meus no sufficiebat cape sic erat.
Nec eius pulchritudinem ualuit
comphendere anima mea: nec lin-
gua exprimere. Cuius pulpiti aspectus
erat qsi radius solis, habens colorem
rubeum, et album, et aureum ful-
gentem. Color uo aureus erat
quasi sol fulgens. Albus aut co-
lor erat qsi nix candidissima. Ru-
beus quoqz color erat qsi rosa rubes.

Et quilz color uidebat in alio. Nam cum
aspicerem colorem aureum, uidebam album
et Rubeum i eo. Et cum uidebam album,
videbam i eo reliquos duos colores.
Et sic erat quando aspiciebam colorem
Rubeum. Itaqz qlibz uidebat i alio.
Et tam qlibz discretus erat ab alio et
p se. Et nullus alio prior aut posterior.
nullus alio minor aut maior. Sed
i omibz et ubiqz equales uidebant.
,, Cumqz aspicerem sursum, no ualui
comphendere longitudinem, et latitu-
dinem pulpiti. Respiciens uo deor-
sum no ualui uidere et apprehen-
dere immensitates pfundi eius, qa
omia erant incomprehensibilia ad
considerandum. ,, Post hoc aut i ipo
pulpito vidi librum resplendentem
qsi aurum fulgentissimum, et hntem for-
mam libri. Qui qdem liber aptus
erat: et scriptura eius no erat scripta
~~...~~ atramento. Sz unuqdqz uerbum
i libro erat uiuens, et se ipsum
loquebat. qsi si Aliquis diceret, fac
hoc uel illud, et statim cum platoe
uerbi esset factum. Scripturam quoqz
libri nullus legebat. Sed qcqd contine-
bat scriptura hoc totum in pulpito
et i illis coloribz uidebat. ,, Ante
istud aut pulpitum vidi quedam
Regem ~~...~~ uiuentem in mundo.
Ad sinistram uero ptem pulpiti vidi ali-
um regem mortuum, q erat in inferno.
Ad dexteram quoqz pulpiti vidi ter-
tium Regem q erat i purgatorio.
,, Rex itaqz supradictus uiuens erat qsi
i globo uitreo sedens coronatus.
Supra globum uo dependebat unus
gladius tricuspis, horribilis appropiquans

singulis momentis globo · sicut perpendiculum, in horologio ad suum signum. Ad dextram quoque eiusdem Regis viuentis stabat angelus habens vas aureum et sinum. Ad sinistram vero eius, stabat diabolus, habens forcipem, et malleum · signi Qui ambo decertabant, cuius manus vicinior fieret globo vitreo, quando a gladio tangeretur et rumperetur.

// Tunc autem audiui per horribilem vocem illius diaboli dicentem. Quousque inquit erit istud. Ecce ambo nos insequimur predam unam. Sed ignoramus quis nostrum erit victor. Et statim loquebatur mihi iusticia diuina dicens. Ista inquit que tibi ostenduntur, non corporalia, sed spiritualia sunt. Nec angelus ut diabolus corporales sunt. Sed hoc fit quia tu spiritualia intelligere non vales: nisi per similitudines corporales. Rex itaque viuens ideo tibi apparet in globo vitreo, quia vita eius, non est nisi quasi vitrum fragile: et in puncto finitura, atque finienda. Gladius vero tricuspis mors est, que cum venit operatur tria. debilitat quippe corpus: immutat conscientiam: mortificat omnes vires. Diuidens sicut gladius animam a carne. Quod vero Angelus et diabolus certare videntur super globum vitreum significat, quod uterque eorum desiderat habere animam regis: que illi adiudicabitur, cuius consilijs magis obedierit. Quod vero Angelus habet vas et sinum significat, quod sicut puer quiescit in sinu matris, sic angelus laborat, ut anima presentetur deo quasi in vase et in sinu eterne consolationis requiescat. Quod vero diabolus forcipem habet et malleum significat quod demon animam trahit ad se, forcipe praue delectationis. dissoluit quoque eam malleo desp consensu, et perpetratione delictorum. Quod vero globus vitreus quandoque nimis est ardens. Quandoque satis lubricus et frigidus: ~~significat~~ significat inconstantiam Regis. Nam Rex in temptatione positus cogitat sic dicens intra se. Licet ego sciam deum offendere: si nunc conceptum mentis mee adimpleo. Tamen ista vice conceptum meum opere adimplebo: quia pro nunc ab hoc opere retrahere me nequeo. Et ~~sic~~ sic sciens peccat in deum suum. Propterea scienter peccans venit in manus diaboli. Deinde Rex ipse assumens confessionem et contricionem, iterum euadit manus diaboli: et venit in potestatem angeli boni. Et ideo nisi rex dimiserit inconstantiam suam, periculose stat, quia debile habet fundamentum.

// Post hec autem vidi ad sinistram partem pulpiti illum alium Regem mortuum: qui damnatus fuit ad infernum: vestitum scilicet vestibus regalibus, et sedentem quasi in trono. Qui erat mortuus et pallidus, et nimis terribilis. Ante faciem vero eius erat quedam Rota, habens quattuor lineas in extremitate. Que quidem Rota secundum flatum Regis voluebatur. Et qualibet linea vertebat sursum ut deorsum ~~[illegible]~~ secundum voluntatem Regis. quia motus Rote erat in potestate Regis. Tres quoque linee illarum habebant scripturas: Sed in quarta linea nihil omnino erat scriptum. Vidi et ad partem dexteram

Istius Regis quedam Anglum qui hominem pulcherimum. cuius manus erat vacue, sed ipse ad pulpitum sinuebat. Ad sinistram vero partem Regis apparebat unus diabolus, cuius caput simile videbatur capiti conius canis. Venter eius erat in satiabilis: et umblicus apertus: ebulliens veneno colorato, omnibus coloribus venenosis. Et in quolibet pede habebat tres ungulas magnas, fortes, et acutas. Tunc autem unus splendidissimus quasi sol, et ad intuendum pro fulgore mirabilis dixit mihi. Iste Rex quem tu vides miserabilis est, cuius conscientia modo aperitur tibi, qualis fuit in regno et in intentione quando moriebatur. Qualis vero conscientia eius fuit ante regnum non est tuum scire. Verumtamen scias quod anima eius, non est ante oculos tuos sed conscientia eius. Et quia anima et diabolus, non corporales: sed spirituales sunt. Ideo temptationes diabolice, et supplicia, per similitudines corporales ostenduntur tibi. Et statim ille rex mortuus cepit loqui. non de ore: sed quasi de cerebro, et dixit sic. O, consiliarii mei, talis est intentio mea. Quicquid enim subest corone Regni mei, tenere, et custodire volo. Laborare etiam volo, quod augeantur obtempta: et non diminuantur. Qualiter autem modo obtempta sunt que teneo: quid ad me querere. Sufficit enim mihi si adepta defendere valeo: et augere. Et tunc diabolus clamavit dicens. Ecce perforatum est. Quid faciet uncinus meus. Respondit tunc justitia de libro qui erat in pulpito: dicens diabolo. Impone foramini uncinum, et attrahe tibi. Et statim permissione justitie impositus fuit uncinus. Sed illico in ipso momento venit ante Regem Malleus. scilicet mihi quo dictus Rex excutere potuisset uncinum; si veritatem inquisisset de omnibus et fraudulose mutasset voluntatem. Iterum loquebatur idem Rex dicens. O, consiliarii mei, et homines mei, vos assumpsistis me in dominum: et ego vos in consiliarios. Ideo indico vobis hominem quemdam esse in Regno qui proditor est honoris mei, et vite. Quia insidiator est regni et persecutor pacis, et contratus populorum regni. Si ergo talis homo sustineatur et tolleretur damnificabitur res publica invalescet discordia: et intestina mala adaugebuntur, in regno. Credebant enim mihi docti, et indocti: potentes et vulgus, populi in partibus illis: que ego eis loquebar. Interim quod homo ille, quem ego diffamavi de proditione: obtinuit dampnum maximum et pudorem. Et sententia et exilium contra eum ferebatur. Attamen bene sciebat conscientia mea qualis erat rei veritas: et in isto negotio: et quod contra hominem illum dixi: propter ambitionem Regni: et propter timorem amissionis eius. Nec non et ut honor meus dilataretur. Et ut regnum mihi et posteris meis firmum adhereret. Cogitavi etiam mecum licet ego sciam veritatem quomodo acquisitum est regnum: et quomodo ille infamatus est. Si tamen ipsum recepero iterum in gratiam meam: et veritatem prodidero: omne obbrobrium et dampnum redundabit in me. Et ideo firmavi in animo meo prius velle mori, atque magis velle mori, quam veritatem dicere.

et Xaba mea et opa ı̄ iuſta renovare.
,, Rn̄dit tunc diabolus, o, Iudex, Ecce qualr
Rex iste ṗbet mihi linguam. Rn̄dit
Iustitia divina. Impone laqueum. Qd
cū feciſſet diabolus statim imposito la-
-queo pendebat ante os Regis ferrum
acutiſſimum, quo potuiſſet, si voluiſſet,
laqueum ṗcidiſſe, et cominuiſſe. Item
loquebatur Idem Rex dicens. O, cōsiliarij
mei, ego cōsului clericos et lr̄atos de
statu Regni: q dicunt mihi, q si assi-
gnarem Regnū ı̄ manibus alior, fierem
multis in damnū, vitaeque et bonor pro-
ditor. Iustitie, et legum violator. Et
ideo ut Regnum retineam mihi, illudque
ab incursantibus defendam. Opōtet nos
quedam nova excogitare: quia antiq red-
ditus fiscales nō sufficiunt, ad gubnādm
et defendendum Regnum. Itaque excogita-
vi quasdam novas impositiones tributor
et exactionum fraudulentas, imponere
in Regno: in damnū utror. Cum regis
et et innocentiū ṗ transeuntiū viator
et mercator. In quibus ad inventionibus
ṗsenerare ppositum, usque ad mortem. licet cō-
scientia mihi dixerit, et dictaverit q
ista erant ꝯ deum, et omnem iustitiā et
publicam honestatem. Et tunc Clamavit
Diabolus. ,, Et tūc clamavit diabolus di-
cens, O, Iudex. Ecce ambas manus incli-
navit Iste Rex, sub vas meū aquati-
cum. Quid igitur facturus sum ego.? Re-
spondit Iustitia de libro: effunde super
eas venenū tuū. Et tūc effuso veneno
a diabolo, statim venit ante Regem unū
vas unctionis, quo rex illud venenū
bene potuiſſet restrinxiſſe. Et tūc de-
mon clamavit valenter dicens. Ecce vi-
deo mirabile mihi ı̄ perſcrutabile. Nam
venenum meum Impositum est cōdi ſtinō

Regis. Et statim oblatus est ei malleus
In sinum. Laqueus quoque meus impositus
est ori eius: et ferrum acutiſſimū ei ṗ
prebetur. Venenum ēt meum Infusum
est ı̄ manibus eius: Et offeretur ad huc ei
vas unctionis. Rn̄dit Iustitia de libro
q erat ı̄ pulpito dicens. Omnia tpus
habent: et misericordia, et Iustitia obvi-
abunt sibi. ,, Post hec autem loque-
batur mihi mater dei dicens. Veni fi-
lia, et vide, et audi, quid suggerit
ārē spūs bonus. qd vel malus! Nam
omnis homo infusiones et visitatiōes
habet, qm a spū bono: et qm a malo.
Nec est aliquis, q nō visitetur a deo
q diu vivit. ,, Et statim iterum
Idem Rex mortuus apparuit, cui ārē
cum viveret spūs bonus talr inspira-
bat. O, amice tu totis viribus obliga-
ris servire deo. quia dedit tibi vitam.
consciam: Intellectum: sanitatem: et
honorem. Insup tollerat te ı̄ peccatis
tuis. ,, Rn̄dit cōsciā Regis ṗ simili-
tudinem loquendo. Verum est inquit q
servire teneor deo: cuius potentia creatus
et redemptus sum. Cuius et misericordia
vivo et subsisto. ,, Sed ĝtra spūs mali
suggerebat eidem regi. Frater inquit
consulo tibi cōsilium bonū: facito enim
sicut ille q purgare solet poma
Ille nongqȝ ṗ infirmata seu cortices pomi ṗ ulcioā
ṗjjcit, Medullam vō et ulcioā ser-
vat sibi. Similiter fac et tu. Deus
enim humilis et misericors est, patiens
et nullus egens. Da ergo ei de bonis
tuis. illa quibus comode carere potis.
Utiliora vō et cōcupiſcibiliora reserva
tibi. Facito ēt q cum quis delectat te ad
carnem, quia facilitate emendari pot.

-: Et q te nō delectat: -

Et quod te non delectat facere, licet tenearis facere dimitte. et loco illius tribue elimosinas. quia inde plures consolari possunt. Respondit conscientia Regis. Istud inquit est utile consilium. porro quod aliqua dare de meis. de quibus nullum habeo damnum. que tamen deus reputat maxima. Cetera non sunt habeo in usus proprios. et ad acquirendum amicitiam multorum. Post hec autem iterum loquebatur Angelus qui regi datus fuerat ad custodiam per inspirationes dicens Regi. O amice cogita quod mortalis es, et cito moriturus. Cogita et quod uita ista breuis est. et deus iudex iustus et patiens. Qui examinat omnes cogitationes tuas et locutiones et opera a principio intelligibilis etatis tue usque ad finem. Qui et omnes affectus et intentiones tuas iudicat et nihil dimittet indiscussum. Et ideo utere tempore tuo, et uiribus tuis rationabiliter. Rege membra tua ad utilitates anime. Viue modestus non faciendo uoluptatem carnis in desiderijs. quia qui secundum carnem uiuunt, et secundum uoluntates suas non ueniunt ad patriam dei. Econtra uero suasit statim iterum spiritus diabolicus inspirationibus suis. O frater inquit si de omnibus horis et momentis reddituris es deo rationem. Quando ergo gaudere debes. Sed audi consilium meum. Deus misericors est et faciliter placatur. non enim redimisset te, si te perdere uellet. Ideo dicit scriptura, quod omnia peccata remittuntur per contritionem. Fac ergo sic quidam astutus fecit. Qui soluturus erat cuidam creditori viginti libras auri. Et non habens unde redderet uenit ad amicum pro consilio. Qui consuluit ei sumere viginti libras cupri, et deaurare eas una libra auri, et sic deauratas soluere creditori. Qui faciens iuxta consilium sibi datum soluit creditori illas viginti libras cupri plinitas auro. Et xix. libras auri puri retinuit sibi. Sic fac et tu. xix. enim horas temporis dispone ad delectationes et uoluptates tuam: et ad gaudium tuum. Et una tantum hora sufficiat tibi ad contristandum et ad compungendum. Audacter ergo ante et post confessiones facito quod delectat te. Quia sicut cuprum plinitum auro, totum apparuit aureum. Sic opera peccati, que designantur in cupro deaurata contritione delebuntur. Et omnia opera tua fulgebunt sicut aurum. Respondit tunc conscientia Regis. Istud consilium uidetur delectabile et rationabile. quia sic faciendo, omnia tempora possum disponere ad gaudium meum. Item loquebatur Angelus bonus Regi inspirationibus suis dicens. O amice cogita primo quali magisterio eduxit te deus, de angusto utero matris tue. Secundo cogita, quanta patientia patitur te deus uiuere. Tertio cogita quanta amaritudine redemit te de eterna morte. Sed econtra inspirabit Diabolus. dicens Regi. O frater si eduxit te deus de angusto matris utero in latitudinem mundi. Cogita et quod educet te iterum de mundo per duram mortem. Et si deus patitur te diu uiuere, cogita et quod habes in uita ista multa incommoda et tribulationes contra uoluntatem tuam. Si deus redemit te dura morte sua Quis compulit eum. Non enim tu rogasti eum. Tunc autem qui loquendo respondit Rex in conscientia sua intrinsecus. Verum inquit est quod suggeris. nam plus doleo quod moriturus sum. quam quod natus sum de utero matris. Grauius enim est mihi ferre

aduersitates mundi et contrarietates anime mei:
quam aliquid aliud: Vellem itaque si daretur mihi
optio magis uiuere in mundo absque tribulatione
et in consolatione permanere: quam separi a mundo.
Magis quoque optarem uitam hic perpetuam
in mundo cum mundana felicitate: quam quod xps
redimisset me suo proprio sanguine. Nec
curarem esse in celis si mundum possem
hic ad uotum meum in terris.,, Et tunc
audiui verbum de pulpito sic dicens.
Aufer nunc a Rege uas unctionis. quia
peccauit in deum patrem. Deus enim pater qui
eternaliter est in filio, et spiritu sancto dedit legem
ueram et rectam per moysem. Sed iste
Rex constituit legem contrariam et peruersam.
Verum quia iste rex aliqua bona fecit,
licet non bona intentione: ideo per-
mittitur ei regnum possidere ad dies suos.
ut sic in mundo remuneretur.,, Secundo
loquebatur verbum de pulpito dicens sic.
Aufer ferrum acutissimum ab oculis re-
gis, quia peccauit contra filium dei: ipse enim
dicit in euangelio, quod iudicium sine misericordia
fiet ei, qui non facit misericordiam. Iste
uero Rex noluit iniuste afflicto facere
misericordiam: nec corrigere errores suum:
Sed nec mutare peruersam uoluntatem
suam. Verumtamen propter aliqua bona que
fecit, detur ei in remunerationem ut
verba sapientie habeat in ore, et a
pluribus sapiens reputetur.,, Tertio
loquebatur verbum iustitie dicens. au-
feratur a Rege malleus quia peccauit
in spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus omnibus
penitentibus remittit peccata. Iste uero
Rex usque ad finem perseuerare proponit
in peccato suo. Verumtamen quia aliqua bona
fecit: ideo detur ei hoc quod feruentius
appetit ad corporis delectamentum: scilicet

illa mulier, quam appetit in uxorem
delectabile oculorum suorum: et ut obti-
neat pulchrum et optabilem finem
uite secundum mundum.,, Post-
ea autem appropinquante penultimo
tempore finis regis clamauit diabolus
dicens. Ecce ablatum est uas unctionis.
Ideo ego aggrauabo manus ne faciat
fructuosa opera. Et statim prolato
verbo diaboli Rex priuatus fuit for-
titudine, et sanitate. Et tunc sta-
tim clamauit diabolus dicens. Ecce
ablatum est ferrum acutum: Ideo
aggrauabo laqueum meum: Et statim
Rex priuatus est loquela.,, Et
in isto priuationis puncto iustitia
loquebatur angelo bono, qui Regi da-
tus fuerat ad custodiam dicens.
Inquire in Rota, et uide que
linea tendit sursum, et lege scrip-
turam eius: Et ecce quarta linea
tendebat sursum: in qua nihil
omnino scriptum erat: Sed erat quasi
tota rasa. Et tunc Respondit iu-
stitia. Quia inquit anima ista illud
quod uacuum est dilexit. Ideo nunc
uadat ad sui remuneratoris dile-
ctiones: Et statim separata est anima
Regis a corpore.,, Cumque egre-
ssa esset anima statim clamauit dia-
bolus dicens: Ego iam disrumpam
cor istius Regis: quia possideo eius
animam. Et tunc uidi qualiter
Rex immutabatur totus a uertice
capitis usque ad calcaneum: Et appa-
rebat horribilis, quasi animal totum
decoriatum. Oculi quoque eius erant
cruenti atque eruti: et caro to-
ta quasi conglobata. Et tunc uox ei[us]

talis audiebatur. Vhe inquit michi
quia cecus factus sum, sicut catulus na-
tus in cecitate querens posteriora ma-
tris: quia propter ingratitudinem meam
non video ubera matris. Vhe michi
quia video in cecitate mea, quod numquam vi-
surus sum deum. quia conscientia mea
nunc intelligit unde cecidi: et quod
facere debuissem, et non feci.
Vhe quoque michi. quia dei prudentia
natus in mundo: et renatus baptis-
mo, oblitus fui, et neglexi deum.
Et quia nolui bibere de lacte
dulcedinis divine: ideo iam
similior sum cani ceco, quam infan-
ti videnti, et viventi. Sed nunc
et contra voluntatem licet Rex fu-
erim compellor dicere veritatem.
Ego enim, qui tribus funibus alliga-
tus, et obligatus eram servire
deo. scilicet propter baptismum: propter con-
iugium: et propter coronam Regni.
Sed primum contempsi, quando
affectum meum verti ad vanita-
tes mundi. Secundum vero attendi
quando desiderabam alienam
uxorem. Tertium sprevi, quando
superbiebam de potestate terrena:
et celestem potentiam, non cogitavi.
propterea licet nunc cecus sim. video
tamen in conscientia mea, quod propter contemptum
baptismi debeo alligari ad odium
diaboli. Et propter carnis inordinatum
motum, debeo sustinere diaboli
voluptatem. propter superbiam vero debeo
pedibus diaboli alligari. „ Tunc
autem Respondit Demon. O, frater
nunc tempus est ut ego loquar, et
loquendo operabor. Veni itaque ad

me: non cum caritate: sed cum
odio. Ego denique angelorum pulcherrimus
fui: Tu vero homo mortalis. Et po-
tentissimus deus dedit michi liberum
arbitrium: Sed quia illud in ordinate
movi: et magis nolui odire deum
ut excellerem eum: quam diligere. Ideo
cecidi sicut qui habet caput deorsum:
pedes vero sursum. Tu vero sicut et
omnis homo post casum meum creatus
fuisti, et obtinuisti spetiale privilegium
super me. scilicet quod sanguine filii dei
redemptus es. et non ego: Igitur quia
tu sprevisti caritatem dei: Ideo ver-
te caput tuum ad pedes meos: et
ego suscipiam pedes tuos in os meum.
Et sicut simus coniuncti ad invicem
sicut illi: quorum alius habet gladium
in corde alterius. Alius vero cultrum
in visceribus alterius. Tu igitur punge
me ira tua. Ego autem pungam te
malitia mea. Et quia caput habui
idest intelligentiam honorandi deum
si voluissem. Tu vero pedes. idest
fortitudinem eundi ad deum habuisti,
et noluisti. Ideo terribile caput meum
consumet frigidos pedes tuos. Vora-
beris quidem incessanter: Sed non
consumeris. Immo renovaberis in id
ipsum. „ Coniungamus nos etiam
tribus funibus. primus funis sit in
medio, quo umbilicus tuus et meus
coniungantur simul. quatinus me spi-
rante trahas in te venenum meum.
Te vero spirante ego attraham in
me interiora tua. Et merito. Di-
lexisti quippe plus te ipsum: quam Re-
demptorem tuum. Sicut et ego plus
dilexi me ipsum: quam creatorem meum.

//Cum secundo uo fine iungamus cap[u]t tuum et pedes meos. Cum tertio uo fine caput meum et pedes tuos. De inde uidi eundem diabolum habentem tres ungulas acutas in quolibet pede. Et dixit Regi. Quia tu frater habuisti oculos ad uidendum uiam uite: et consicentiam ad discernendum bonum et malum. Ideo due ungule mee intrabunt et perforabunt oculos tuos. Tertia uero ungula intrabit cerebrum tuum. Quibus in tantum suffocaberis, quod totus sis sub pedibus meis. quod tu ad hoc creatus fuisti, ut esses dominus meus: et ego scabellum pedum tuorum.
//Accepisti quoque duas aures ad audiendum uiam uite: et os ad loquendum utilia anime. Sed quia tu spreuisti audire et loqui, salutem anime tue. Ideo due ungule alterius pedis mei, intrabunt aures tuas. et tertia ungula intrabit os tuum. in quibus sic cruciaberis, quod omnia illa erunt tibi amarissima: que prius quando offendisti deum, tibi dulcia uidebantur.
//His autem dictis statim coniuncta sunt modo supradicto, caput et pedes: et umbilicus Regis cum capite et pedibus et umbilico diaboli. Et ambo colligati descenderunt in abyssum. Et tunc audiui unam uocem dicentem. O, O, quid habet modo Rex de omnibus diuitijs suis: certe non nisi damnum. Quid uero de honore: certe non nisi pudorem. Quid uero habet de cupiditate, qua ambiebat regnum: uere non nisi penam. Ipse enim unctus fuit oleo sancto, et consecratus Xpistianis sacris. Et coronatus corona regia ut uerba et facta dei honoraret. Defenderet quoque populum dei, et Regeret. Sciret et se semper esse sub pedibus dei: deum quoque remuneratorem suum. Sed quia contempsit esse sub pedibus dei: ideo nunc est sub pedibus diaboli. Et quia tempus suum fructuosis operibus redimere noluit, cum potuit. Ideo ipse amodo non habebit tempus fructuosum.
//Post hec autem loquebatur iustitia de libro. qui erat in pulpito dicens mihi. Omnia ista que tibi tam seriose ostensa sunt. In unico puncto sunt apud deum. Sed quia tu corporalis es. Ideo necesse est, quod spirituales intelligentie, tibi per corporales similitudines aperiantur.
//Itaque quod Rex et Angelus et diabolus tibi uisi sunt loqui ad inuicem. hoc nihil aliud est, nisi inspirationes, et infusiones boni, et mali spiritus facte, ut per se ipsos: ut per consiliarios et amicos eorum ad animam Regis. Quod autem diabolus clamabat dicens. perforatum est Rege dicente se uelle tenere quod[?] sub esset corone: qualitercumque modo esset acquisitum: nec curare de iustitia: hoc sic intelligendum est. scilicet quod tunc conscientia Regis perforabatur ferro diaboli. id est peccati obduratione: quando ipse noluit discutere et inquirere, que erant illa que iuste pertinebant ad regnum: et que non. Et quam quales iustitiam ipse habebat ad regnum, non curauit examinare. // Tunc uero impositus fuit uicinus dies Regis quando temptatio diaboli

tantum in anima regis prevaluit,
quod in iniustitia sua perdurare volu-
it usque ad mortem. Quod vero malleus
venit in sinum Regis post unci-
num, significat tempus contritionis
datum Regi. Nam si rex talem
cogitatum habuisset. Peccavi in-
quiens, nolo amplius male acquisita
tenere scienter. Emendabo igitur
me de cetero. Statim uncinus
iustitie comminutus ~~fuisset~~ malleo, fuisset
contritionis: Et rex venisset ad bo-
nam vitam, et viam. Quod vero
diabolus clamavit. Ecce Rex pre-
bet mihi linguam. et statim la-
queus impositus fuit Regi nolen-
te facere gratiam, homini quem
diffamaverat. Hoc sic intelligen-
dum est, quod quandoque proximum sci-
enter vituperat, et infamat, ut
famam propriam dilatet: ipse dia-
bolico regitur spiritu. Et sicut fur
irretiendus est laqueo. Quod vero
ferrum acutum venit ante Re-
gem post laqueum: significat
tempus immutationis et correptionis
prave voluntatis et operationis.
Ergo quando corrigit homo bona
voluntate, et emendatione re-
atum suum, talis voluntas est, quasi
ferrum acutissimum, quo inciditur
laqueus diaboli: Et remissio pec-
catorum obtinetur. Si ergo iste Rex
mutasset voluntatem suam: et fe-
cisset illi homini iniuriato et
diffamato gratiam: statim precisus
fuisset laqueus diaboli. Sed quia
firmavit in proposito malo voluntatem
suam. Ideo iustitia dei, fuit ut
magis induraretur. Tertio vidisti,
quod rege excogitante imponendi in regno
novas exactiones, tributorum, infusum
fuit in manibus eius venenum. Significat
quod opera Regis regebantur diabolico spiritu:
Et pravis suggestionibus, et cogitatio-
nibus: scilicet investigando modos, quomodo
obtineret possessiones, et bona aliorum
et aurum viatorum. Nam quando viato-
res dormientes credebant aurum suum
esse in bursa propria, expergefacti ~~non~~
videbant illud esse in potestate Regia.
Quod vero vas unctionis venit post ve-
nenum: significat sanguinem yhesu
christi: quo omnis eger vivificatur.
Itaque si Rex intinxisset opera sua
in considerationem sanguinis christi: et
Rogasset deum in adiutorium, et
dixisset. O, domine deus, qui me creasti
et redemisti: scio quod ex permissione
tua ego veni ad Regnum et coronam.
Expugna igitur hostes impugnantes
me: et solve debita mea: quia non
sufficiunt facultates Regni. Ego
utique fecissem opera, et onera eius levia
ad portandum. Sed quia ipse concupivit ali-
ena, volens videri iustus: ubi sciuit
se iniustum. Ideo diabolus Rexit cor
eius: qui suasit ei facere contra constituti-
ones ecclesie. movere et bella: et in-
nocentes defraudare. donec iustitia
de pulpito maiestatis divine clamavit
super eum iudicium et equitatem.
Rota vero que movebatur super statum
Regis: significat conscientiam Regis: que
more Rote: nunc ad letitiam move-
batur: nunc ad tristitiam. Quattuor
vero linee, que erant in Rota, significant
quadruplicem voluntatem quam omnis homo

habere tenet. scilicet perfectam. Fortem. Re-
ctam. et Rationabilem. Perfecta igitur
voluntas est deum diligere: et eum
velle habere super omnia. Et hec debet
esse in prima et summa Linea. Secunda
voluntas est desiderare, et facere
proximo bonum: sicut sibi ipsi, propter deum.
Hec autem voluntas sit Fortis, ne odio, ut
avaritia infringatur. Tertia volu[n]tas
est velle abstinere a carnalibus deside-
riis, et desiderare eterna. Et hec vo-
luntas sit Recta: ut fiat non ad
placendum hominibus: sed deo. Et ista debet
esse scripta in tertia linea. Quarta
vero voluntas est nolle habere mundum,
nisi rationabiliter ad solam necessitatem.
Versa igitur Rota apparuit in linea, que
tendebat sursum, quod Rex dilexit ob-
lectamenta mundi, contempta dilectione
dei. In secunda linea erat scriptum
quod dilexit honores mundi. In tertia linea
scripta erat dilectio, quam inordinate ha-
buit in possessiones mundi, et divitias.
In quarta vero linea nihil erat scriptum:
Sed totum erat vacuum: in qua debuisset
fuisse scriptum dilectio dei super omnia.
Vacuitas ergo quarte linee. significat
defectum dilectionis, et timoris dei. Nam
per timorem attrahitur deus in animam.
Per dilectionem vero figitur deus in anima
bona. Nam si homo bonus numquam di-
lexisset deum in vita sua. Et iam in
extremis positus diceret, toto corde.
O, deus penitet me toto corde peccasse
contra te: da mihi dilectionem tuam: et
emendabo me decetero. Homo talis dile-
ctionis non iret ad infernum. Ergo quia
Rex non dilexit, que debuit. Ideo habet
iam retributionem dilectionis sue.

Post hec autem vidi illum alium
Regem ad partem dexteram Iustitie
qui erat in purgatorio. Qui similis
erat puero iam nato, non valenti
se movere: nisi quod solummodo oculos
levabat. In sinistra etiam parte Regis
sedi[s], quod stabat Diabolus. Cuius capi-
tis erat sufflatorio, cum longa
fistula. Cuius brachia quasi duo colu-
bri. Et genua eius quasi prelum.
pedes quoque quasi longus uncus.
Ad dexteram vero Regis stabat angelus
pulcherrimus paratus ad iuvan-
dum. Et tunc audivi vocem di-
centem. Iste inquit Rex talis
nunc apparet, qualis anima eius
disposita fuit. quando a corpore
egrediebatur. Et statim clamavit
diabolus ad librum, qui stabat in pul-
pito, Dicens. Mirabile cernitur hic.
Angelus enim iste, et ego expectabamus
huius pueri nativitatem. Ille quidem
cum puritate sua. Ego autem cum
omni impuritate mea. Nato itaque
puero, non ad carnem: sed de carne
apparuit in eo immunditia: quam
Angelus abhorrens, non valuit tangere
puerum. Ego vero quia procidit in manus
meas tango eum: sed nescio quo
ductus sum eum. Quia tenebro-
si oculi mei, non vident eum propter
fulgorem cuiusdam claritatis procede-
ntis de pectore eius. Angelus vero
videt eum, et scit quod ductus est
eum: sed non valet tangere eum.
Ideo tu qui Iudex iustus es: dissolve
certamen nostrum. Respondit
Verbum de libro qui stabat in pulpito
dicens. Tu qui loqueris edicito qua

de causa incidit ista anima Regis in manus tuas. Respondit Diabolus. Tu qui es ipsa justitia. Tu dixisti nullum ingredi celum, qui non prius iniuste ablata restituerit. Sed hec anima tota maculata est de iniuste acquisitis, intantum quod omnes, ~~et~~ vene et medulle, et caro, et sanguis eius nutriebantur: et creverunt de cibis iniuste acquisitis. Secundo dixisti non congregandos thesauros quos erugo et tinea demoliuntur: sed qui permanent in eternum. In ista vero anima locus ille vacuus erat, in quo celestis thesaurus recondi debebat. Et ille locus plenus erat ubi vermes et Rane nutriebantur. Tertio dixisti proximum diligendum propter deum. Sed hec anima corpus dilexit plusquam deum: et de proximi dilectione nihil curavit. Nam habitans in carne consolabatur de ablatione bonorum proximi sui. et vulnerabat corda subditorum suorum: non attendens damna aliorum dummodo ipse habundaret. Fecit quoque quicquid placuit sibi: et quicquid voluit iussit, modicum curavit de equitate. Iste itaque sunt cause principales, quas alie innumerabiles sequebantur. Tunc autem Respondit Verbum de libro justitie. Dicens ad Angelum. O, tu Angele custos anime, qui es in luce et vides lucem. Quid viris aut virtutis habes tu, ad adiuvandum animam istam. Respondit Angelus. Ipsa inquit habuit fidem sanctam et credidit, et

speravit omne peccatum per contritionem et confessionem delendum. Timuit quoque te deum suum, licet minus quam debuit. Item et loquebatur justitia de libro dicens, O, tu angele meus, tibi iam permittitur tangere animam. Et tibi diabole permittitur modo videre lucem anime. Inquirite ergo ambo quid dilexit anima ista quando vivebat in corpore, et habuit omnia membra sana. Responderunt ambo. Angelus scilicet et Demon. Honores et divitias dilexit. Et tunc ait justitia de libro. Quid inquit dilexit quando anxiebatur pressura mortis. Responderunt ambo. Seipsum inquiunt dilexit: nam plus anxiebatur de infirmitate carnis. et tribulatione cordis, quam de passione Redemptoris sui. Item loquebatur eis justitia. Adhuc inquirite quid dilexit et cogitavit in ultimo puncto vite quando adhuc habebat in se sanam conscientiam, et intellectum. Respondit Angelus solus. Ipsa anima cogitavit talia. Ve inquit mihi, quia multum audax fui, semper contra redemptorem meum. Utinam unum tempus haberem, quo possem regratiari deo meo pro beneficiis suis: plus etiam angit me peccasse contra deum: quam dolor carnis mee. et et si non obtinerem celum, tamen servire vellem deo meo. Respondit justitia de libro. dicens. Quia tu diabole, non potes videre animam propter claritatem fulgoris eius, nec tu angele meus potes eam tangere propter immunditiam eius. Ideo iudicium est, quod tu diabole purges eam. tu vero Angele consolare eam, donec

ad claritatem glorie introducat. Tibi
vero anima permittitur respondere ad angelum
et ab eo habere consolationem. Eris quoque par-
ticeps sanguinis Christi, et oracionum ma-
tris eius, et ecclesie dei. Hiis
autem auditis diabolus dixit ad animam
Quia venisti ad manus meas plena
cibis, et bonis male acquisitis. Ideo
nunc ego te evacuabo prelo meo.
Et tunc posuit Demon cerebrum
Regis inter genua sua similia
prelo, et stringebat fortiter in
longitudine, et latitudine, donec
medulla tota gracilis fieret, sicut
folium arboris. Item secundo dixit
diabolus ad animam. Quia locus ubi
virtutes esse debebant vacuus est.
Ideo ego implebo eum. Et tunc po-
suit quasi fistulam sufflatorium in
ore Regis. Et insufflavit fortiter,
implens eum valenter horribili ven-
to: intantum quod omnes vene et
nervi Regis miserabiliter rumpebantur.
Item tercio dixit diabolus anime Regis
quia in subditos tuos, qui quasi filii
tui esse debuissent impius et inmi-
sericors fuisti, Ideo brachia mea
mordendo constringent te, quia sicut tu
pupugisti subditos tuos, sic brachia
mea similia serpentibus laniabunt
te cum dolore maximo, et horrore.
Post istas autem tres penas scilicet preli
sufflatorii, et serpentum, cum Dia-
bolus vellet iterum agravare penas,
et a prima incipere, tunc vidi angelum
dei extendere manus suas super
manus diaboli, ne agravaret eum
penas, sicut in prima vice, et sic in
qualibet vice Angelus domini mitigabat
penas. Anima vero post qualibet pena
elevabat oculos suos ad angelum
nihil tamen loquens. Sed innuens
in gestu suo, quod per eum consolabatur
et quod citius salvaretur. Item
loquebatur verbum de pulpito mihi
dicens. Omnia ergo ista que tam
seriose ostensa tibi sunt apud
deum fiunt in unico puncto.
Sed quia tu corporalis es, Ideo per
similitudines ista tibi ostenduntur.
Itaque quamvis Rex iste cupidus fuit
ad honores mundi, et ad recipien-
dum ea, que non erant sua,
verumtamen quia timuit deum: et
aliqua detestabilia sibi dimisit
facere, propter timorem illum. Ideo
timor iste traxit eum ad carita-
tem Dei. Propterea scias quod multi
implicati multis sceleribus obtinent
maximam contricionem ante mortem.
Quorum contricio tam perfecta potest
esse, quod non solum dimittitur eis
peccatum: sed et pena purgatorii
Si in ipsa contricione moriuntur. Sed
iste Rex non obtinuit caritatem
antequam in ultimo puncto vite. quia
tunc deficientibus iam viribus et
consciencia obtinuit, tamen ex gratia mea,
inspiracionem divinam. qua plus do-
luit de inhonoracione dei: quam de
dolore et damno suo. Et iste dolor
signabat lucem illam de qua
diabolus obtenebratus ignorabat
quo animam Regis esset ducturus.
Nec ideo dixit se obtenebratum
quasi quod non haberet spirituales intelligencias
Sed quia admirabatur in illa anima
tantam lucis claritatem, et tanta

in immunditiam. Angelus non sciebat bene quo duceret animam, sed non valebat eam tangere, antequam esset purgata, sicut scriptum est. Nemo videbit faciem dei nisi primo mundificatus fuerit. Item loquebatur mihi solum de pulpito, dicens: quod autem vidisti angelum extendere manus suas super manus diaboli, ne gravaret penas, significat potestatem angeli super potestatem diaboli, qua refrenat maliciam diaboli. Quia demon nullum modum, nullumque ordinem habet in puniendo, nisi virtute dei refrenaretur. Et ideo deus adhuc in inferno facit misericordiam: quia quamvis damnatis non erit redemptio, seu remissio, ut consolatio: tamen quia non puniuntur nisi secundum merita et iustitiam. Ideo in hoc magna est dei misericordia. Atque diabolus non habet temperantiam, nec modum in maligniando. Quod vero Rex ipse videbatur qui puer tunc natus, significat quod qui nasci voluit de mundi vanitate, ad celestem vitam, debet esse innocens. Et gratia dei crescere virtutibus ad perfectionem. Quod autem Rex levabat ad angelum eius oculos suos, significat quod per angelum custodem suum habebat consolationem et de spe gaudium: eo quod sperabat se ad eternam vitam perventurum. Sic ergo spiritualia, per corporales similitudines intelliguntur. Nam angeli et diaboli non habent talia membra ut colloquutiones

cum sint spiritus. Sed per tales similitudines eorum bonitas et malignitas corporalibus oculis declaratur. Item loquebatur solum de pulpito dicens mihi: pulpitum quod tu vidisti significat ipsam deitatem: scilicet patrem et filium et spiritum sanctum. Quod vero non potuisti comprehendere pulpiti longitudinem et latitudinem, nec profunditatem nec altitudinem significat quod in deo non est invenire principium neque finem. Quia deus sine principio est et erat, et sine fine erit. Quod vero quilibet color dictorum trium colorum videbatur in alio, et tamen unus color discernebatur ab alio. Significat quod deus pater eternaliter est in filio et spiritu sancto: et filius in patre et spiritu sancto. Et spiritus sanctus in utroque. Unum veraciter natura et distincti proprietate personarum. Quod vero unus color videbatur sanguineus et Rubeus, significat filium qui illesa deitate humanam naturam assumpsit in suam personam. Albus vero color, significat spiritum sanctum, per quem fit ablutio peccatorum. Aureus autem color significat patrem, qui est principium et perfectio omnium: Non quod magis perfectio aliqua sit magis in patre, quam in filio. Nec quod prius sit pater, quam filius. Et ut intelligas quod non est idem pater qui est filius: sed alius in persona pater alius in persona filius, Alius in persona spiritus sanctus verum non in natura. Ideo ostenduntur tibi tres colores discreti, et uniti: discreti propter discretionem personarum. Uniti vero propter unitatem nature. Et sicut in uno quolibet colore vidisti reliquos colores: neque unum sicut alio videre potuisti: nec in coloribus aliquid prius, aut posterius: maius aut

minus: Sic in trinitate nihil est prius vel posterius, maius vel minus, divisum vel confusum. Sed una voluntas, una eternitas, una potestas, una equalis gloria. Et licet filius sit a patre et spiritus sanctus ab utroque, nunquam tamen pater fuit sine filio et spiritu sancto, neque filius et spiritus sanctus sine patre. // Item loquebatur verbum ad me dicens: Liber qui in pulpito videbatur signat quod in deitate est eterna iustitia et sapientia, cui nihil addi vel minui potest, et iste est liber vite. Qui non est scriptus sicut scriptura que est et non fuit. Sed scriptura huius libri semper est in deitate quemadmodum quia est sempiternum est. Et intellectus omnium presentium preteritorum et futurorum absque transmutatione et vicissitudine. Et nihil est ei invisibile quia omnia videt. // Quod vero verbum loquebatur se ipsum signat quod deus est verbum eternum a quo sunt omnia verba et in quo vivificantur et subsistunt omnia. Et ipsum verbum tunc visibiliter loquebatur quando verbum factum est caro et cum hominibus conversabatur. // Ecce hanc visionem divinam promeruit mater dei. Et hec est misericordia promissa regno Suetie, scilicet quod homines habitantes in eo audirent verba que procedunt de ore meo, aliis de ore dei. Quod vero pauci recipiunt et credunt verba celestia divinitus tibi data, hoc non est culpa dei, sed hominum qui nolunt dimittere frigus mentis sue. Nam et verba evangelica non sunt completa cum primis regibus illius temporis, sed adhuc venient tempora quo complebuntur.

Loquebatur dominus ad sponsam dicens: Tria genera hominum erant in populo Israel. Quidam eorum diligebant deum et Moysen. Alii plus se quam deum. Alii vero nec deum nec Moysen, sed ventrem sola. Cum ergo populus iste esset in Egypto, omnes vocabantur filii dei et filii Israel. Sed non omnes equali merito serviebant deo. Sic et cum deo placuit educere populum de Egypto, quidam crediderunt deo et Moysi. Alii autem exacerbabant deum et Moysen. Ideo deus ostendit misericordiam suam magnam et iustitiam induratis. // Sed potes querere: Cur deus eduxit populum et non magis plagavit eum in Egypto, cum ipse prescivit nondum esse tempus miserendi nec malitias hominum esse completas. Respondeo ego ipse. Deus elegit populum Israel quasi scolares ad instruendum et probandum eos in deserto. Quibus necessarius erat pedagogus qui verbo et opere precederet eos. Ut ergo discipuli perfectius instruerentur, magis necessarium fuit desertum quam Egyptus. Ne forte in disciplina iustitie dei ingratarent nimium ab

egyptijs: Aut ne hec signa
mee abscondenda canibus improbe
clamarent. Moyses quoque tanquam
Magister populi probari debuit.
Et quod deo manifestus fuerat, et
discipulis ad imitandum notus fieret.
Qui ex populi insipientia factus
est probatior. et ex signis insigni-
or, notusque esset universis. Vere
dico, quod et sine Moyse eductus fu-
isset populus. Et sine Moyse mo-
riturus erat populus. Sed propter boni-
tatem Moysi levius mortuus est
populus. Et propter caritatem Moysi sub-
limius est populus coronatus. Nec
mirum quia in omnium morte passus
est Moyses ex compassione. Ego
ideo dominus distuli promissum meum.
Ut probaretur populus. et deus notus
fieret, ex signis, et misericordia, et pa-
tientia sua. populi quoque ingratitu-
do et voluntas ostenderetur in caute-
lam futurorum. // Sic et multi
sancti in terras infidelium intrave-
runt, ex inspiratione spiritus sancti:
qui non consecuti sunt quod voluerunt.
Et tamen propter voluntatem bonam
sublimiter coronati sunt. propter quorum
patientiam et bonam voluntatem
deus acceleravit tempus miserendi.
Et etiam novam quam ipsi attempta-
bant, eo celerius perduxit ad effe-
ctum. Sic ergo iudicia dei semper
venerenda et timenda sunt. et
summe cavendum ne voluntas hominis
contraria sit voluntati dei. // Rex
Rex iste, de quo tibi loquor, quem
tu nosti, non sic affectus erat sicut
Moyses. Quia iste non curabat si

totus populus suus moreretur. Dum tamen
ipse solus salvaret, et honoraret. Qui
et diabolicis consilijs regebat. Qui noluit
dimittere pertinaciam, et instabilitatem
mentis sue. Nec voluit obedire consilijs
hijs, quibus debuit, de quibus hec potat
lac divine sapientie et bone correp-
toris. Nec mirum, nam ipse processit de
radice homis ex aspirantibus deum: et
ideo non corrigitur, nisi per flagella.
Sciendum et quod in isto regno: Quadruplex
generatio Regum fuit. In prima fuit
ambitio et crudelitas, quam tollerabat
deus, propter quedam opera bona: Et propter
peccata populi. In secunda fuit incontinen-
tia et iniustitia: quam misericorditer
humiliavit deus: et vocavit sub
coronam. Tertia generatio processit de
ambitiosa Radice, et duro stipite, in
qua erat cupiditas, et amor sui. Ideo
punivit eam deus temporaliter: ut levius
haberet in futuro. In quarta est simula-
ta humilitas, et defectus iustitie: et
prodigalitas. Ideo ex caritate ostendam ei
miseriam et iudicium. Et si non audierit
flagellabo eum a capite usque ad calca-
